

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

Λουκιανὸν περὶ τοῦ μηδὲδίου
περὶ δύο τῆς διάβολος

LIBRERIA
REGIA
VATICANENSIS

CALVMNIA LVCIANI.

Ioan. Caselio interprete.



HELMAESTADII
Excudebat Iacobus Lucius, Anno
clx. Ic. vc.

ΔΙΑΒΟΛΟῦ.



Ρέμικαπτῆς κερδοῦς, λυστήρε^{Θν} ἔκγων ἐχθρης,

Σιγηροί, Βαθυκοι, κενεόφρονες αὐτὸν ἀδολέσχαι,

Δᾳλοι, καὶ χθυμαλοι πολυχεισσων θάντος ανάκτων,

Φρικτοι πρεσβεαστον, ἄμεοιος τοι φιλητοί.

Μισθίκου, σκολιοι, ἀπατηταλόχοι, αἰσολόμορφοι,

Ψευδόφιλοι, κακοπήθεοι, αἴμαλοφωνοι

Αλφητοι δολεροι, κρυφίων, μύχοι, ψιθυριστοι

Παιτις ἄμει ὁλλύμεροι ὑδωρ καὶ γαῖα γένοσθε.

Δαίνυν^{τη} Εργ^η: Σ

AD SERENISSIMVM PRINCIPEM
DN. CHRISTIANVM IV.
regem Daniae & Noruegiae &c.

PROOEMIVM
IOAN. CASELII.

N multis alijs humana vita pestibus vix aliqua grauior oritur calumnia. Tam tum enim calumnia virus est, ut adflatu suo statim inficiat, Exanimet multos: nec maiestati ipsa parcit, nec innocentia: non veretur, Facile potest eas inter se committere. In maiestate et si diuinitas quadam inest, sape tamen eam mancipium iniurie, Carnificina seruitiam facit: innocentiam autem, qua nihil acceptius esse numini existimandum est, (certe ad deum nulla re propius accedimus.) adoriri ipsa gestit, audacter in ius vocat hac sycophantria, malis artibus dolose circumscribit, crudeliter exagitat, exitio certo destinat, exquisitissimis supplicijs conficit: ad omnia hac maiestatis ministerio abutitur, ut illa, que sceleratissima sit, inter dum sanctissima esse videatur, tecta velo potentia Ex amictu iustitia. Iustitiam enim non minus, quam po-

tentiam maiestati tribuimus. Quia cum ita sit, quis non auctor esse debeat, non minus maiestati, quam innocentiae, ut à calunnia sibi in perpetuum caueant. Innocentiam quidem per seipsam tutam esse, faserat: at misera tamen non omni periculo vacat, vel maximis instructa boni consilij copijs: in portum eam collocare deniq; potest, ut profectò etiam debet, aliorum bonitas, siue maiestas, quam ita mihi appellare vixum fait. Hac enim si prudentiam sibi comitem, immo ducem & magistrum adscuerit; & praesidio innocentia erit, & se innocentem ipsa quoq; in perpetuum præstabit. Hoc igitur cura esse regibus oportet inter catena, ut, quam dixi, prudentiam habeant in conspectu, semper consulat, quotidie audiant, nullum eius nutum ex animo efflueret finant. Adhanc rem qui regibus aliquid opis conferunt; & de ipsis & de viris bonis, & de repub. præclarè mereri non absq; causa videantur. Nisi enim hic reges sapiant; viri sancti & optimè de mortalibus mendisci studio occupati, sape in discriminem veniant, interdum ab illa vafræ bellua miscrum in modum laniantur. Quod ubi fit; oriri & vigere suspiciones, odia, inimicitias, seditiones, bella, vastitates: misceri omnia, & nihil, ut est in Graco verbo, sani in societate hominum relinqui necesse est. In aliis sane ad hanc pestem tollendam,

bendam, siue ambo scandam, remedij band postremum
locum tenent praecepta sapientie. Magno certe adiu-
mento est, nosse calumniam, eiusq; virulentiam &
raofritiem. Et magis eam auersabimur, & minore ne-
gatio evitabimus. Ad omnes hoc pertinet, sed multo
magis ad eos, qui in puppis edentes torquent clavum rei-
publica: ad primos igitur primum. Primi estis vos
ut apxu, quibus populi vel natura, siue ab ultima origine
parent, vel se sponte subiccerunt, quorum patrocino &
cura tranquillam vitam, & salutis suis bonis, & a vio-
lentorum iniuria tuti, agerent. Quo magis vestrum
est, laborare & conniti, ut cum cetera vobis paretis,
tum animum aduersus adulatores & calumniatores
inuictum. Prater autem natura & prastantiam, & regi-
am educationem, siue disciplinam, & usum rerum, qui
adolescentia non est, & exempla prorsertim propria, &
praecepta sapientiae plurimum ad hanc rem valent. Nec
verde egote, C H R I S T I A N E rex, exempla pro-
cul petere in bebo: habes unum eximum sapientissimi
patris tui, regis Friderici II. Non solùm ille adulatores
& calumniatori aures non dabat, sed ne pedem quidene-
isti nequam familiam in regia relinquebat, virtutis ip-
se sibi sua conscius, & aliena egregius censor. Itaq; mi-
nus mirum, si neq; se blanditijs affentantium demulce-

ri, neq; malorum vocibus alios traduci patretur.
Habes itē litteras regias, & illis consignata præcepta,
qua dixi, sapientia: quibus reges, non minus, quam
consilijs prudentum quotidie indigetis, semperq; maxi-
mum laude utimini. Recte viros humanarum rerū
scientia & instructos in oculis geritis: recte monumenta
sapientum de manibus nunquam deponitis. Causa enim
judices, ut opifex, aut arator, aut miles gregarius: hoc
minime ad reges pertinere. Et ciuitatum praesides: es-
se verò non nisi hominum otiosorum, qui à commercijs
caterorum remoti, in solitudine vitam agunt. Qui re-
bus agèdis occupetur, ut quam minimum halucinetur,
ipsum meditari, consilium capere, alios audire, e libris
discere, quid perperam, quid recte fiat, oportet: etiam in-
mentem revocare, ne notissima obliuiscatur. Itaq; non
solum litteris scripta in oculis habemus, sed & in tabu-
lis picta, & de ijsdem rebus, qua nobis curasunt, verba
facimus, & tum peritiores, tum alios, loqui iubemus:
& qui nobis sine curiositate, cum benevolentia subduc-
niunt, eos & quo animo audimus. Inscriptoribus pauci
de plerisq; nonnulli de aliquibus, aliij de alijs diuina in-
genij monumenta nobis reliquerunt, nec easdem docen-
di vias siue rationes secuti. Docent enim nos & poetae,
& historiarum conditores, sed apertius philosophi. Hic
autem

autem libellus, de calumnia inscriptus, ex unoquoq; ho-
rum decerpit aliquid: Et quid amplius, à pictura vide-
licet. Nec cùm tantum narrat, quid evenerit Apelli,
sed Et eius tabulam ingenii penicillo denuo pingit, lepi-
dus disertusq; scriptor: quem nec abs re Et poëtam di-
scrimus: aspergit deniq; huic loco è lecytho sapientia,
quantum res postulare videretur. Ego vero existimás,
esse opere praeclaram, auram hanc CALVMNIAM,
à pluribus cognosci, Latine cam interpretandam susce-
pi: in quo utilitatem publicam spectavi, laudem inge-
nij non quaestui: facile nihilominus patior, ut mea cum
aliorum versionibus comparetur: qua omnium rem di-
serius reddet, Et Latinus loquetur, cam ceteris ante-
poni, Et in precio esse, nemo iniquum dixerit. Tibi au-
tem, CHRISTIANE rex, fero potissimum
hanc tabellam, animo intuendam, hoc præsertim primo
regni tui auspicio. Plurimum enim refert, ut tum in
ceteris, tum in hoc te geras: quibus ad te liberum facias
aditum, quos è conspectu tuo in perpetuum excludas.

Accipe autem hoc quicquid est, Et tam nobili do-
Elrina feliciter utere: quod populis tuis saluti,
tibi sempiternalaudi sit. Vale. Helma-
stadio. v. Non. Quintil.

cl b vc

LVCIA-

LVCIANI
libellus aureus
NON ESSE TEMERE CRE-
dendum calumniæ.

Ioan. Caselio interprete.



Rauis profectò res est ignorantia, &
multas calamitates creat mortali-
bus, quæ quasi caliginē aliquam ne-
gotijs offundit, & veritatem rerum
obscurat, & cuiusq; vitam vmbbris inuoluit. Itaq;
fit, vt omnes in tenebris errare videamur: quin
ea nobis eueniunt, quæ cæcis, vt in aliud absq; ra-
tione incurramus, aliud transfiliamus, quorum
neutrum oporteret: quod propè & ante pedes
non contuceamur: quod procul ac magno inter-
vallo distat, id ac si nos molestet, formidemus:
deniq; in omnibus, quæ geruntur, perpetuò mul-
tum impingimus. Quapropter sexcentas iam tra-
goëdiarum scriptoribus occasiones ad fabulas ei-
usmodi res dedit, nempe Labdacidas & Pelopi-
das, & horum similia. Ferè enim plurimas miseri-
as, quæ in scenā ascenderint ab ignorantia, velut
genio tragico suppeditatas, quis deprehendet.

ΣΧΟΛΙΑ

Quoniam fomus mortales à primo ortu & varijs &
magnis miserijs, in quibus & morbi, nec illi omnes ta-
men, & mors deniq; ipsa, sine natura, sine fato, sine
casu. De alijs enim aliud videatur, & fortasse alijs a-
liud causa, deq; aliis aliud statui debeat: id in praesenti
non inquirimus. De illis autem non tam amoliendis,
quod in nobis minus situm sit, quam superandis, aut
certe ferendis, ut viros decet, unicuiq; cogitandum est.
Non pauciora mala sunt, nisi plura esse dicamus, que
nostra culpa contrabimus, ut ea nobis sumere, aut in ca-
ruere videamur. Quia autem quæ huius generis sunt,
propulsare vel declinare à nobis valeamus, dubium non
est. Ei si enim corum culpam, qui nos in miserijs se-
cum irretiunt, prestare non possumus: tamen in nostra
cuiusq; potestate esse non inficiabimur, ut quisq; sibi
suisq; aut etiam aliis malum non creat. Sed perpetuo
studio, & magna cautione unicuiq; semper opus est, ne
committamus ea, quibus necessario comitatur calamiti-
tas: hoc est, ut ab initio, ab omni labore pectus expurge-
mus, totosq; nos ab omni genere vitiorum, quantum fieri
potest, vindicemus. Hic enim ad virtutem, siue ad
recte agendum aditus, vitaq; rationem tranquilliores
& faciliorem, quam magnifico beatae vita nomine se-

quis ornet, per me licet, modo intelligat esse caducam
mortaliū: quod Et philosophi, cum ita loquuntur, ac-
curatē monent. Vitiis igitur nostris accersimus nobis
mala, temeritate periculum, profusione paupertatem,
intemperantia morbos, ignavia infamiam, avaritia
ciuium odia, contumeliis Et iniurijs graues pēnas: de
pluribus sane dici, de omnibus non potest. Nec ignoran-
tia in vitijs non est, quam hic hominibus multorum
malorum caussam esse intelligimus. Nam Et ipsa viti-
um est, Et ad cetera pessima dux: et si si noueris om-
nes officij rationes, non idcirco tamen sis in officio. Ac-
cipere tamen ex alijs Et discere, quid fugiendum sit,
quid faciendum, oportet, ut quod falsum Et exitio sit,
fugias, quod rectum sit, Et ex usu, facias. Nec tamen in
cognitione horum virtutis momenta sunt:
animo sedem sibi figit, Et per actionem
mortaliū prodit, Et re ipsa meritis
quantaq; sit. Nec quis existimet, vir
actiones praelatas sunt, sine eis
Quia verò scire Et intelli-
velis, Et geras; igitur ne
bonorum Et felicitati
virtutem plurimam

Et calamitatum oam causam esse, Et visionum: unde
 Et inscitiam esse aiebant, si quis quid non solam ne-
 glexisset, sed etiam perperam administrasset: non quod,
 qui sciret, in circore recte, quae sciret, gereret, sed qua na-
 sciret, recte tamen gerere nequiret. Nec cui visceri de-
 bet secus, quam diuinus dictum, quod Plato ad Dionis
 propinquos scripsit. Ex inscitia, inquit, omnia mala
 omnibus radices agunt atq; pullulant. Quare quasi se-
 men quoddam est vitiorum Et calamitatum inscitia,
 tum cuq; tum univeris populis: qua quandin inha-
 rent mentibus, tantisper ad ea, quibus verius nimirur,
 nihil spei est. Eam igitur doctrina Et veritatis studi-
 um, Et indagatio naturae, non forte delet omnem, sed
 valde tamen minuit. Ipsum autem morbum Et medi-
 cinae simul somel atq; iterum ostendit in opere suo his
 perpolitis versibus Lucretius.

In veluti pueri trepidant, atq; omnia cæcis
 ris metuunt: sic nos in luce timemus
 , nihil quoæ sunt metuenda magis, quam
 i in tenebris pauitant, singuntq; futura.
 terrorem animi, tenebralq; necesse est
 , neq; lucida tela dieti
 naturæ species, ratioque.

nt, Et memoratu digna sunt, que,
 locum intuens, in epistolis reliquit

quis ornet, per me licet, modo intelligat esse caducam mortalium: quod Ego philosophi, cum ita loquuntar, accurate monent. Vitiis igitur nostris accersimus nobis mala, temeritate periculum, profusione paupertatem, intemperantia morbos, ignavia infamiam, avaritia ciuium odia, contumeliis Ego iniurijs graues pœnas: de pluribus sane dici, de omnibus non potest. Nec ignorantia in vitijs non est, quam hic hominibus multorum malorum caussam esse intelligimus. Nam Ego ipsa vitiū est, Ego ad cetera pessima dux: et si si noueris omnes officij rationes, non id circotamen sis in officio. Accipere tamen ex alijs Ego discere, quid fugiendum sit, quid faciendum, oportet, ut quod falsum Ego exitio sit, fugias, quod rectum sit, Ego ex usu, facias. Nec tamen in cognitione horum virtutis momenta sunt: virtus in animo sedem sibi figit, Ego per actionem in conspectum mortalium prodit, Ego re ipsa meritisq; declarat, qua quantaq; sit. Nec quis existimet, virtutes scientias esse: actiones praelarasunt, sine carum ipse fons percennis. Quia verò scire Ego intelligere oportet, quare recte Ego velis, Ego geras; igitur nec absurdè, scientiam hanc esse bonorum Ego felicitatis caussam dixeris, qua ad ipsam virtutem plurimum conferat. Nam de inscitia verum:

Ego cala-

Ex calamitatum oam causam esse, Ex vitiorum: unde
 Ex inscitiam esse aiebant, si quis quid non solam ne-
 glexisset, sed etiam perperam administrasset: non quod,
 qui sciret, in circa recte, quae sciret, gereret, sed quae na-
 sceret, recte tamen gerere nequiret. Nec cui videride-
 bet secus, quam diuinitus dictum, quod Plato ad Dionis
 propinquos scripsit. Ex insitia, inquit, omnia mala
 omnibus radices agunt atque pullulant. Quare quasi se-
 men quoddam est vitiorum Ex calamitatum insitia,
 tum cuique, tum uniuersis populis: que quandin inha-
 rent mentibus, tantisper ad ea, quibus verius nitimur,
 nihil spei est. Eam igitur doctrina Ex veritatis studi-
 um, Ex indagatio naturae, non forte delet omnem, sed
 valde tamen minuit. Ipsum autem morbum Ex medi-
 cimentum simul semel atque iterum ostendit in opere suo his
 perpolitis versibus Lucretius:

Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
 In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
 Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis, quam
 Quæ pueri in tenebris pauitant, singuntque futura.
 Hunc igitur terrorem animi, tenebraque necesse est
 Non radij solis, neque lucida tela diei
 Discutiant, sed naturæ species, ratioque.

Huc quoque pertinent, Ex memoratu digna sunt, que,
 eundem Lucretij losum intuens, in epistolis reliquit

Latinus philosophus. Non est, inquit, quod quidquam timendum imputes: vana sunt ista, qua nos molestat, qua aeronitos habent. nemo nostrum, quid veri esset, excusat, sed metum alter alteri tradidit: nemo ausus est ad id, quo perturbatur, accedere, & naturam ac bonam timoris sui nosse. Itaq; res falsa & inanis habet adhuc fidem, quia non coarguitur. Tanti putemus oculos intondere. iam apparebit, quam brevia, quam incerta, quam errata timeantur: talis est animorum nostrorum confusio, qualis Lucretio visa est.

Nam veluti pueri trepidant, atq; omnia cæciri
In tenebris metuunt:

— ita nos in luce timemus.

Quid ergo? Non omni puerostultiores sumus, qui in luce timemus? Sed falsum est, Lucreti, non timemus in luce: omnia nobis fecundas tenebras. nihil videamus, nec quid noceat, nec quid expedit: tota vita incursumus, nec ob hoc resistimus, aut circumspicimus pedem ponimus. Vides autem, quam sit furiosa res, in tenebris impetus. At mehercule indegimus, ut longius renocandi simus: & cum ignoremus, quod feramur, velociter tamen illò, quod intendimus, ire perseveramus: sed lucescere, si velimus, potest. Atq; har deinficitia, qua non solum viam ad meliora obstruit, sed aperit ad pessima
quaq;

quaq; Rechenm. & Thucydites: incertum esse effe-
ctum in aliis ratione & currit omnia Id magis bi-
-fornia comprobans, & tragedie, haud dubie esse rebus
ipsis nata, cum Labdacidarum, tam Pelopidarum.

Santacitius et al. dicitur, quod non solum
in aliis ratione, sed etiam in aliis, quod non
solet esse.

LABDACIDAE.

Labdacus,

Laius.

Oedipus.

Eteocles Polynices.

PELOPIDAE.

Tantalus.

Pelops.

Atreus.

Thyestes.

Agam. Clytae. Mene. Hera. Argistus.

Amœdon. Amnestra. Iamus. Molossus. Idaea.

B 3

Idau-

Id autem dico, cum ad alia respiciens, tum potissimum ad calumnias, quæ in familiæ, & in amicos consinguntur: quibus iam domus in seditiones ierant, & ciuitates funditus perierunt: nec non patres in liberos furenter sæuierunt, fratres in consanguincos, liberi in parentes, amatores in personas, quas in delicijs habuissent: deniq; calumniarum uersipellis ad persuadendum facultas, multas amicitias discidit, & familias inter se concitauit. Quare ut in eas quam minime incurramus, hac oratione constitui ostendere, quasi pictura quapiam, cuiusmodi res sit calumnia, & vnde primum oriatur, & cuiusmodi mala pariat: immò Apelles Ephesius olim ante nos hanc imaginē inuenit & prodidit. Etatenim & ipse per calumniam delatus ad Ptolémæum, quasi socius fuisset coniurationis Tyriæ, cuius princeps fuerat Theodotas. Etsi enim Apelles Tyrum nūnquam viderat, neq; nouerat, quis esset ille Theodotas, nisi quantum auditione accepisset, esse quedam de præfectis Ptolémæi, cui Phœnicie gubernationem credidisset: tamen æmulus quidam Antiphilus nomine, inuidia, qua ardebat, quòd ille à

rege

rege coleretur, & æmulatione artis, qua erat ille
 inferior, detulit eum ad Ptolematum, quod nec
 ille se à negotijs regijs abstineret, & quod quis eū
 in Phœnicia cum Theodota vidisset epulantem,
 & huic, quamdiu cænaretur, in aurem sermones
 communicantem: deniq; & Tyri defectionem
 & occupationem Pelusi de Apellis consilio fa-
 ëtam affluerabat. Ptolemæus igitur, vt qui om-
 nino nec in alijs facile animum cohiberet, sed in-
 teradulatores, qui se in dominorum consuetudi-
 nem insinuant, educatus, tantopere inflamma-
 tus conturbatusq; fuit ab hac subita incspecta-
 taq; calumnia, vt nihil omnium penes se perpen-
 derit, quæ quid veri esset in re, indicare videren-
 tur, neq; quod calumniator iste esset alterius in
 arte æmulus: neq; quod humiliis conditio picto-
 ris tantæ proditioni foret impar, qui præsertim
 tantis beneficijs à rege ornatus, & supra quoscūq;
 eius generis artifices fuisset in honore habitus:
 neq; omnino quæsiuit, an vnquam Apelles Ty-
 rum nauigasset, sed repente furere, & clamoribus
 implere regiam, vociferatus hominem ingra-
 tissimum, insidiatorem, coniurationis socium

Quod

Quod nisi in eadem causa in carcere aliquis compactus, qui indignè ferret Antiphili impudiciam, & miseri Apellis misereretur, affirmasset, hominem de ijs rebus cum nemine mortalium communicasse, plexus ille fuisset capite, & praeterea spem Tyriarum calamitatum fructus etiam percepisset, quanquam omni culpa vacaret in vacuuossum. Ptolemæum ferunt huius sui erroris tantoperè pænituisse, ut Apellem centum talentis donauerit, eiq; in servitutem perpetuam dediderit Antiphilum. Apelles vero deinde recordatus periculi, quod ipsi calumnia parauerat, tali quapiam imagine illam vltus fuit. Sedet ad extram quispiam prægrandibus auribus, serè cuiusmodi Midæ fuisse perhibentur manum procul dum aduenienti CALVMNIAE porrigit; astant ei mulieres duæ, IGNORANTIA, ut puto, & SVSPICIO: ex altera parte accedit CALVMNIA, quæ forma facile superat plerasq; mulieres, ira incensa, & vehemens, vtpote, quæ nihil nisi rabiem & iram, præ se ferat; faciem ardenter sinistra tenens, iuuenem quendam protrahens capillis altera, tendentem cœlo manus, & obte-

LXXXVII

stantem

restante deo. dux ei est vir pallidus, deformis vultu, singulari oculorum acie, similis homini, qui diuturno morbo contabuisset: quem LIVOREM esse conijcas: quin præterea circa eā sunt duæ mulieres, quæ excitant, & instruunt, & ab omni parte comunt CALVMNIAM, earum, ut mihi interpres tabulæ illius indicium fecit, vna erat IN SIDI A, FRAVS altera: à tergo verò sequebatur mulier quæpiam, sic ornata, vt quæ sunt in luctu maximo, atra veste, & ipsa laniata: ea ferebatur esse POENITENTIA: hæc igitur respectabat lacrymās, & accedentem veritatem verecundè admodum adspiciebat.

Quisquis volet, ex aurea hac calunnia fructus non adspichernados capiet. Parum tamen ad rem erit, si libellum celeriter percurras, aut leuiter legas, vt nugas solemus, Et quacumq; ad nos minus pertinend: sed meditato opus est, Et quotidiè singulari studio videndum, quomodo haec ad usum transferas: vt familiares suos sape non obstat Epictetus de omnibus præceptis sapientia. Triplex autem studioso lectori se ostendit utilitas. Primum enim omnes calunnia turpitudine, Et multiplicata de core binc cognito, eam omnibus diris deuoue-

bimus, & in perpetuum fugiemus, quae semper innam
 maculam suis cultoribus inurit. Recte enim in odia bo-
 norum omnium incurrit, & omnium censura infamis
 habetur, & si palam per calumniantis potentiam, que
 semper humilioribus metuenda est, non licet, qualis est,
 depingitur in amicorum consurrationibus sive que-
 relis, donec ad eos abierit, de quibus cniq; iam licet,
 quod verum est, loqui. A funere enim & in seipso
 sunt omnium manentq; deinceps liberae voces: nec quis
 causam pro tali ausit dicere, nec etiam velit, etiam si
 aut eandem fabulam unā egerit, cuius vel impudentem
 pudcat, aut viuenti gratiaq; apud potentes florēti, ad-
 lari non erubuerit. Diligentius hoc vitium vitare quē-
 libet oportet, quod etiam satis boni, qui & ipsi calumni-
 am detestantur, & ira, aut odio, aut quovis gravi ad-
 fectu interdum abripiuntur, ut innocentes, aut cul-
 pae leui adfines, pāne inscij calumnientur: cuius rei
 exemplum in extremo adfertur. Temerē autem non so-
 lūm calumniari alterum nolit, sed etiam, ne vix qui-
 dem reprehendere quempiam audebit, qui in facta ani-
 mumq; suum inquiret. Tantum enim in seipso, tum
 formando, tum corrigendo habet quisq; negotij, ut in
 alienis curiosior esse nec velit, nec ausit. Secundum be-
 nefici-

neficium est, ut intellecta virulentia huic viperæ, ca-
 ncamus nobis à calumniatoribus. Id quodam, ni fallor,
 modo consequemur, si quos tales esse nouerimus, vel su-
 spicabimur, eorum consuetudinem fugiamus: nec a-
 liis familiariter utamur, nisi quorum nobis explorata
 fuit integritas. Neutrum autem difficile videtur ei,
 qui nec impensis honoribus studet, nec pecunia: am-
 bitionis ē opum studioſis ardorem. Error enim erro-
 rem ē vitium creat alterum, donec omnia erumpant
 in perniciem, sive pericula, quæ auertere novi laboris
 est, ē maioris, immo sape diuinæ prudentia. Sed in-
 nocentia quoq; clypeo aduersus calumniam nos recte
 tegimus. Nobilèm enim innocentiam calumnia adori-
 ri minus audibit, aut, se faciet, turpiter se, ē princi-
 tem dabit. Interdum tamen aduersus eam satistuta non
 est, ē ab ea opprimitur: sed tandem ē hic calumnia
 deprehenditur, ē innocentia sempiternam laudem ob-
 tinet. Manet enim suus virtuti honos, quam potissi-
 mam esse ē veriore palmam, sapientes vere predi-
 cant. Tertius fructus ad reges reddit uberrimus, ē
 sanctos alios, in quibus aliquid est regium, ut sunt, po-
 tentia, auctoritas, dignitas, opes, res secunda, generis
 splendor, ē his familia. Ad hos namq; se se applicant

calumnia & magistri: his se parant, ut placeant: ad hos
 deferunt, quos suis commodis obstat eputant: atq; ita v-
 na eademq; opera utrosq; perdunt hominum perditissi-
 mi. Non solum enim percunt innocentes, ijdemq; pra-
 fantes viri, quos ipsi perditos volunt, sed & quoqua
 illos de calumniatorum sententia perdunt, percunt. Sal-
 uus enim dici non potest, sed & ipse perire censendus
 est, qui, quamquam in fraudem ab aliis inductus, virtu-
 tem premit, & quod in ipso est, è medio tollit. Ut igitur
 se seruent, quos dixi, principes & ceteri, nec alias, a-
 more, mercede, honore, præmio dignos, vel oderint, vel
 exigant, vel multent, vel suppicio, pœnaue, iniuste &
 crudeliter afficiant; nonne hæc legant? nonne quacumq;
 per quoscumq; sapientia prodicerit, inuestigabunt, &
 sequentur? Paucaprefari mihi libuit, quibus dictum à
 Platone de promptum subiçiam: quod et si latius patet,
 tamen hoc etiam pertinet. Mandat autem unicusq;
 diserte, & integritatem, ne in quemquam sinuis iniu-
 rij, & prudentiā, ne nos indui in fraudē sinamus. Si
 igitur ille philosophus libro de legibus quinto: (interpre-
 tabor enim, quām perspicue potero) Oportet, inquit,
 vnumquemq; non minus vnum quām alterum,
 hoc videlicet, omni studio maturēq; agere, in o-

mnibus

mnibus rebus pub. quomodo, neq; ipse quis ad-
ulterinus vñquam videatur, sed semper & sim-
plex, & verax, neq; alius, qui illius modis sit, ipsum
circumueniat. Ceterum de Apelle, qui velit, petat e
Plinio & aliis: nec ferè tamen quis est, quin cum pi-
ctorum principem noverit. Sunt autem & in ipsa hi-
storia, quæ calumnia auditorem erudiant: hoc inpri-
mis, vt, si quideiusmodi adferatur, nec se det adulato-
ri, nec incandescat, sed dispiciat, quid in re veri sit, aut
esse etiam possit: quod non cadit, nisi in virum magni
ingenij, probe educatum, non vt vulgo fortunatorum
dynastarumq; liberi, qui in voluptates, interq; adul-
tores adolescentur. Picturam Lucianus interpretatur:
sed & nos deinceps ab instituto non aliena adsperge-
mus.

Tali igitur pictura periculum illud suum Apelles
repræsentauit. Age verò & nos, si videatur, & mu-
lati artem pictoris Ephesii, quæ sunt in calumnia
distinguamus, vbi prius eam definitione quali-
cunq; descripserimus. Ipsa enim imago nobis de-
finitionem dabit. Est ergo calumnia accusatio
quæpiā eius, qui in iudicio non compāret, quiq;
de illa nihil cognouerit: ut ab accusatore solo al-

lata fuit, ita accepta & credita, omni facultate respondendi adempta reo. Ac quidem huius orationis argumentum eiusmodi est.

Non exigemus ad regulas dialeticorum definitionem calumnia. Nec enim talem hic scriptor prodere in animo habuit, ne dum inuestigaret, cuiusmodi esset vitium, & ad quam iniustitia partem referri id ipsum portaret: maluit rem sic illustrare, ut omnem lectori, etiam non satis acuto, ob oculos poneret: cuiusmodi ratio non minus saepe pollet, quam subtilis definitio: immo illa banc interdum vincit, quando quemcunq;, qui paullum animaduertat, fideliter crudit. Hic in forum nos dedit, cum forensi actione calumniam comparans. Ut ibi comparent accusator, reus, & index, ut cognita ab utrisq; causa, sententia feratur, in qua acquiescant: ita si hic fieret, facile tolleretur, siue sopiretur, quidquid est mali: fiunt pleraq; contraria: negotium suscipitur in angulo, accusator alteri, qui pro indice sit, quod lubet, insurrit, reus in conspectu nullus, nec de se agi comperit, aut suspicatur, à causa dictione in perpetuum excluditur, in absentem & inscius, & quod cum primis detestabile, in innocentem fertur sententia iniqua & atrox, quam non tam index, quam accusa-

tor tu-

certalisse censeri potest. Ad hunc modum de pingitur
hic illa archidiabolus, siue princeps calumniarum: qua
cognita, ceteras nullo negotio non erimus: sed de ipso
calumniatore paulo post agemus. Videtur autem bac
in signis calumnia descriptio petita ex primo Gracorum
historico. Sic autem Herodotus Polymnia, in oratio-
ne Artabani, Xerxem deterrentis a bello, quod aduer-
sus Gracos moliebatur. Calumnia, inquit, est malum
quoddam grauiissimum: in ea sunt, qui iniuriam faci-
unt, duo: unus, qui iniuria afficitur. Calumniator
enim iniuriam facit, absente reo: sed et alter iniuriā
facit, qui illius sententia subscribit ante, quam recte
negotium cognoverit: qui abest a re tertius, duplice ibi
iniuria afficitur, tum quod calumnia ab uno primitur,
tum quod ab altero vir malus esse indicatur. Hac to-
tidem quasi verbis sunt apud historicum, que hoc tran-
scripta etiam videri possint: quod et ipse scriptor pro-
fiteri, quam inficiari malit.

Cum autem tres sint personæ, ut in comoedijs,
calumniator, & qui defertur, & ille ad quem in-
stituitur calumnia, singulatim in ijs considerabi-
mus, cuiusmodi esse videantur, quæ sunt. Pri-
mum igitur, si ita videatur, primarum partium a-

ctorum

Etorem producamus in scenam: inuentorem &
 artificem dico calumniæ. Hunc igitur in viris
 bonis non esse, ni fallor, neminem fugit. Nemo
 enim qui vir bonus sit, alteri malia liquid medi-
 tari velit: sed aliud honorū est, hoc videlicet, ut
 potius benè de amicis merendo, quam criminoso-
 sis in ius vocando, & ipsis odia conciliando, lau-
 dem iuuendant, & simul sibi opinionem & famā
 benevolentiae comparent. Facile præterea ani-
 maduerti potest, eiusmodi hominem iniurium
 esse, & legum contemptorem, & impium, cuius
 etiam consuetudo fraudi sit familiaribus. Quis
 enim inficias eat, æqualitatem in omnibus, ac ne
 quid vni plus tribuatur, quam alteri, iustitiae esse
 propria? quando æqualitas violatur, & unus sibi
 plus sumit, quam dat alteri, id esse iniustitiae? At
 hic, cū calunia vtatur aduersus absentes clancu-
 lum, quomodo sibi non plus arroget, quam con-
 cedat alteri, quando auditorem ab illo auersum
 in suas partes totum trahit, eiusq; aures occupat,
 & occupatas obturat, ut defensioni ad eas inter-
 cludatur aditus, oppletas iam calumnia? eiusmo-
 di aliquid extremæ est iniustitiae, quod & legum-

lato-

C A L V M N I A

Latores optimi asscrunt, vt Solon & Draco: qui
hoc tulerunt, vt iudices iurati vtramq; partem
audirent, & pacem bencuolentiam litigantibus
tribuerent, donec rei oratione allata in medium,
altera vel inferior vel superior apparetet: prius
verò quam defensio cum accusatione fuisse comparata, in vniuersum sententiam impiam, & ne-
fariam futuram statuerunt. Quin & deos nobis
minime propitios futuros crediderimus, si accu-
tatori, quae velit, liberè dicere permittamus, &
reco auribus nostris obstructis, aut dissimulatis ijs,
quae intellexerimus, prioris oratione capti, sen-
tentiam feramus. Quapropter quis non dixerit,
calumniias fieri, contra ius, contra leges, contraq;
sacramentum iudicarium? Quod si quibus non
satisfaciunt legum latores, quum iubent iudicia
adeò iusta, nec in alterutram partem inclinan-
tia fieri; poëtam mihi hic libet producere opti-
mum, qui hanc rem admodum benè determina-
nauerit, immo legē rectissimè tulerit. Ait autem:

Niprius audieris ambos, ne cernito item.

Et ipse enim, opinor, nouerat, in multis vitæ in-
iurijs, grauiorem & iniustiorem inueniri nullam,

D

quam

quām si, quibus disquisitio caussæ negata, neq;
 ipsorum defensio audita esset, in eos ferretur sen-
 tentia: id quod omni modo facere conatur ca-
 lumniator, quando eum, quem traducit, subdo-
 lē ad iram auditoris dicit, vt de illo nihil possit
 existimare, & ei caussæ dictionem clandestina
 accusatione eripit. Qui namq; talis ingenij ho-
 mo sit, liberè nūtil audeat profari, totus formidu-
 losus, nihil in lucem proferat, sed quemadmo-
 dum in insidijs collocati, ex obscuro loco ali-
 cunde tela iaciunt, vt neq; aduersus eum, quis a-
 ciem explicare, neq; cum eo manus possit con-
 ferere, sed alterum, vt qui in angustijs hæreat,
 nec ullam belli famam acceperit, perire funditus
 necesse sit. Quod certo indicio est, nihil prorsus
 boni dicere, nihil sani, calumniatores. Etenim si
 quis sibi conscientius sit, vt qui alterum in ius vocet
 veritate accusationis fretus, idem mea sententia
 palam arguit, reprehendit, & allatis compara-
 tisq; vtrinq; argumentis conuincit aduersarium:
 quemadmodum qui aperto Marte victoria poti-
 ri possit; is aduersus hostes, nec insidijs, nec frau-
 de yti velit.

Vtplus

Ut plus lucis addat negotio, id totum confert cum fabula. Etsi enim in unaquaq; inducuntur plures persona: tamen quod inter duos non nisi sermo, sed fabula nasce non potest, ibi esse primarias tres omnino, necesse est, quae praterea accedant, illis quasi famulantur. Id in quavis tragœdia comœdiaue non minus, quam in ali cuius momenti negotijs apparet, nec obstat, etiam si in fabula primaria sint plures. Nec omnes enim simplices illas faciunt poetae: nec tamen non in composita alia magis primaria censenda sunt praetaliis: sed horum accuratior explicatio ad artempoetarum pertinet. Fit etiam in hoc calumnia fabula, ut plures in scenam producant, qui tribus illis inferuant, sive de industria, sive nescij, quid rerum agatur: sed in ipsa actione calumnia nunquam desunt: calumniator, totius negotij auctor atq; princeps: deinde miser, idemq; innocens, in quem tanquam telum, dirigitur calumnia, de cuius corio, ut dicitur, hoc est, fortunis, honore, & vita interdum, agitur: deniq; vel rex, vel fortunatus aliquis, quem calumniator circumscriptioni aptum, & arte sua inferiorem iudicat Producitur igitur primum calumniator, & quodam modo nudus in conspectum statuitur, vel potius eius animus omni genere vitiorum ostenditur

inquinatus. Primum hoc, quo tamen dici nihil potest: quod vir malus. Ut enim, si virum bonum dicas, nihil desideres: ita si malum, desideres omnia. Quam malus, cum ex aliis patet, tum hinc maxime, quod bonis nihil non mali est perniciem meditatur: cum bonus contraria, est malis, quantum licet, parat, est de bonis bene mereri studeat; immo alios, de quibus aliquid spei, scruare malit est corrigere: quoniam in beneficium homini ab homine dari non potest. Sed malitia calumnatoris ex iniustitia studio, quod ipse noctes diesque totus urget, perspicitur: et si quid iniustius, quam iniustiae cultorem exagitandum sibi sumere, est ire perditum? idem iniustiam, si facultas detur, trucidet. Sed illud studium prodit est in singulis, est in ipsa actione: aequalitatem amouet: inaequalitati incumbit, eaque nititur, est rerum suarum fundamentum ponit: prior est potior esse vult, nec, quem sibi hostem iudicauit, ut ipsum hostiliter innaderet, secundo loco esse finit, aut saltem aliquo: omni enim loco in uniuersum excludit: solus criminalitur absentem, nec suspicantem aliquid mali, interdum sibi de familiaris comitate est blanditiis pollicentem aliquid boni: cui adulatur, (tanta audacia) cum misere circumscribit: ille principes, vel in nostro

gen-

genere semideos, arte, quod in ipso est, sanos & tyran-
nos facit. Verum de regibus aliter malo loqui, ut de
ijs fas est, quorum maiestatem adorant boni, et si gra-
ues interdum corum lucinatones tacite apud se deplo-
ranti: faciunt calumniatores, ut subinde tali maiesta-
te indignum, & aliquando eiusmodi designent, cuius
ipso in perpetuum peneiteat. Sed in id genus nefarium
satis dici non potest: reges & fortunati ex hoc loco, quam
in ore nemo non habet, regulam repetant, siue in ani-
mum altius insculpant, ut delatorem audientes, reou-
triamq; aurem & animam integrum scruent. Hic est
autem ille, quem supra innui, cum de prima calunnia
agerem, archidiabulos, siue calumniatorum signifer.
Et in forum prodie calumniator alterius generis, Gra-
cis sycophanta dictus, nomine primum ex hoc casu nato,
quod cum exportare ex Attica ficens lege fuisset veti-
tum, nibili quidam homunciones, qui id facerent, obser-
vatos indicarent, ut aliquid ex proditianula lucrifa-
cerent. Unde Latinum nomen sit, docet, I.C. Caius
ad legem xii. tab. Si caluitur. Inde & calumniatores,
inquit, appellati sunt, quia perfaudem & frustratio-
nem illos vexarent litibus: inde & camillatio dicta est.
Sed forensis hic minus terrori est, quod ipse se palam

ostendit, Et caput suum exponit periculo, quod ipsi a legibus denunciatur, si deprehensus sit. Definitur hic calumniator, siue calumniosus, ut Paulus I. C. loquitur, qui sciens prudensq; per fraudem negotium alicui comparat. Videamus, sintne Et alij. Prater illos,

Qui blando ore fauent, sed cladem corde voluntate, vt Homerus ait, sunt alij, qui licet audire calumniantores nolint, tamen id agunt etiam aperte, extra iudicium: qua suspitionem mouent, configunt, qua in vulgus inuidiosos sunt, mentiuntur, si ne quidem digna reprehensione, oratione deformant, Et virtutes etiam ipsas in vita, qua earum similitudinem habent, prorsus etiam transformant, Et falsissima queq; verum rudibus Et a virtute vacuis, persuadent. Qui enim sic sunt, cum iudicium de nulla referre possint, trahuntur qualibet tribunitijs clamoribus: atq; hoc exemplis declarandum aggrediar, nisi Et historia ijs refert&sint, Et tum regiae, tum ciuitates scateant.

Id genus hominum, vt videmus, in aulis regum, & in procerum potentumq; consuetudine facile locum inuenit, quibus in locis inuidiae abunde est, sexcentae suspiciones, assentationes infinitae, & argumenta calumniarum. Semper enim unde plus

de plus spei affulget mortalibus, ibi sunt inuidiae
 aciores, odia cum maiore coniuncta periculo,
 emulationes veteratorijs artibus instructiores. Itaq;
 hic sit, ut alter in alterum acriter animad-
 uerterat, & quemadmodum qui singulari prælio
 coœunt, sedulo obseruant, si quam forte partem
 corporis nudatam videant: & vnuſquisq;, quod
 ipſe primus esse velit, alterum aliò trudit, & auer-
 tit cubito, & præuertentem retrahit, & supplan-
 tat. Hic vir bonus omnino repente eueritur, &
 in aliam partem trahitur, & tandem extermina-
 tur cum infamia: at quo quis artis assentandi est
 peritior, & omnibus rationibus ad vniuersam
 hanc milititam instructior, primam laudem ob-
 tinet, & deniq; cæteris oppressis palmam conse-
 quitur. Omnia enim re ipsa confirmant, quod
 Homerus canit:

Marte cadunt dubiocasus, cedensq; vicissim.
 Quapropter cum non de paruis rebus agatur, in
 hoc certamine, multiplices inter se vias inueni-
 unt: quarum expeditissima, sed eadem ab omni
 parte plena periculi est calunnia. Hæc ab inui-
 dia, quæ non parum spei animo concepit, oritur,

scd

sed miserabiles adfert & tragicos exitus redundantes multis calamitatibus. Id autem neque pusillum, neque simplex quoddam est, ut quis opinetur: sed multa arte, nec exigua sagacitate, denique exquisito studio ibi opus est. Nec enim tot tantorumque malorum caussa foret calumnia, nisi instructa rationibus, ad persuadendum singulari solertia factis, accederet: nec cohiberet veritatem, quando in omnibus rebus ea nihil est firmius, nisi varias demulcendi persuadendique artes, & sexcenta alia sibi comparasset.

Qua humana sine hominum sunt, ubique terrarum esse existimo. Itaque si quis ex me querat, ubi sit calumnia, non dubitem dicere, nullam consuetudinem hominum ab ea vacuam. Id verum de inuidia, qua et si in bonos non cadit, tamen ita pernulgata est, ut in omnibus angulis imperium tenere videatur. Inuidia autem mater calumniae non falsò prohiberi possit: nec aliud est, quod Apelles Liuorem eius ducem pinxit. Negari potest, eam in amplissimis rebus publicis dominari: nec tamen illustrior usquam est, quam in regiis, Eque aulis dynastiarum, Eque fortunatorum palatijs: Eque cum calumnia, inuidia, suspiciones, assentationes, omnesq;

nesq; illius comites & consanguinea: sed haec lacunae
te admodum explicata sunt, & verè. Quæ mala uber-
rime ibi proueniunt, ubi spes est bonorum, de quibus
inter se digladiari mortales solent: ea sunt loco infimo
in bonis, sed quia sensibus tanguntur, afficiunt quam
plurimos, qui ferè tamen sensibus viuunt & sapiunt.
Plato etiam ad Dionysium tyrannum scribens, sedem
calumniæ monstrat: causas item & effectus ostendit,
grani admodum oratione, cuius maiestatem verbis meis
non assequar, sententiam forte exprimam. Etenim, in-
quit, & tum perspexi, & perspicio hodie, gran-
des illas & immensas tum priuatorum, tum re-
gum diuitias, ferè, quo illæ gradiiores sint, eoplures
& maiores fouere, qui & alios calumni-
entur, & cum fortunatis consuetudinem colant
ad voluptates comparatam, quæ neq; detrimen-
tis turpibus vacent: ea re opulentia & reliquæ au-
toritatis potentia maius malum non procreat.
Breui ter hic unum, & obscure: voluptatem cum turpi
damno: nec voluit autem nisi veluti digitum intende-
re in id, quod intelligeret statim, ad quem scriberet. Ab
illo genere voluptatum per se abest decus: in eam igitur
fortunati opes profundunt, quod ipsis non damno solum

cit, sed eō dedecori. Faciebat hoc Dionysius, alens adulatorum greges: quos ille beabat, ut ipse esset misericor: quod ipsum erat turpe admodum tyranno. Quin se regum thesauri perennes sint, ut quidam putant, quod aula & peritus non assueret: tamen regibus nihil turpius, quam ministros voluptatum in deliciis, eō in precio habere, opibus cumulare, ad honores euehere: quacum silentio forte aliqui, nemo intelligens sine indignatione spectat. De his moneri in tempore principes, cum ipsorum, tum reipub. interest. Ipsi audient melius, omnia felicium administrabunt: innus erit aulicarum pestium, eō calumniatorum facessent aliqui. Sunt quidam nimis audaces, nimis vafri: ita fit, ut se ab illis in uniuersum nulla regia vindicārit unquam, nec ullā vindicatura sit. Quod oppidum? quem vicum? quam priuatam domum ab inuidia, assentatione, calunnia prorsus immunem inuenias? Proinde eō resredit, quod initio dixeram. Etsi autem ad unum omnes viros bonos cum primis petunt: tamen neq; ipsi à se mutuo abstinent, mutuo se conficiunt: ibi quos videris triumphos agere, videas deinceps in triumpho duci: fraudem minutam maior tantisper premit, donec eō hāc maior perimat: ipsaq; aut omnes se inter se conficiunt, aut si qua opima

opima spolia retulit, & honoribus, qui putantur, & iniustis opibus aucta; ei bona boni non precantur, nec ferè quisquam: deniq; eius infamis victoria redundant in posteros, donec & ipsi pœnas dederint, quas maiores pro meriti fuissent malis artibus. Studere cuiq; suo honori suoq; comodolicet, & necessarium ex aliqua parte est, si vincere & non misere vincere velimus: verum sine iniurijs aliorum, quas regit calumnia, quando homines, nec dignitati, nec opibus modum ponunt, quarum illa, sic quasita, infamis est, haec inuenta etiam lubrica & dominis ut plurimum exitiosa. Quò pertinet, quòd, contrà quām calumniatoribus studio est, præclare dixit Chrysippus, relatum in præcepta de officijs à M. Tulio, ubi ait. Nec tamen nostra utilitates omittenda sunt, aliisq; tradenda, cū his ipſi egeamus: sed sua cuīq; utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruicendum est. Scitd Chrysippus ut multa qui stadium, inquit, currit, enītē & contendere debet quām maxime posse, ut vincat: supplantare eum, quicum certet, aut manu depellere nullo modo debet: sic in vita sibi quemq; petere, quod pertineat ad usum, non iniquum est. Quem locum cō quoq; citari, quod & hic supplantandi studiū calumniatribuitur: cuiusmodi consideratio non ma-

gni momenti forte sit, sed elegantibus ingenii non indigna etiam viris in repub , versatis semper visa fuit. Cæterum calumnia ut plurimum petitur potissimum, qui in honore est, cui propterea, quos ille à tergo relinquit, inuident. In eum enim vniuersi tela dirigunt, ut quem præuideant obstaculo sibi & impedimento futurum: quin primum se se vnuusquisq; futurum putat, si prius illum principem expugnauerit, & ab amicitia procerum remouerit quemadmodum & in gynanicis certaminibus, inter eos, qui cursu certant, fieri solet. Ibi enim honestus cursor dato cursui signo, hoc vnum expetit, ut anteuerat cursu cæteros, & ioto animo ad metam intento, specq; in pedibus posita, aduersus alterum, nihil malitiosè agit, neq; quicquam in socios certaminis improbè molitur: alius contrà, malitiosus & imbellis adversarius, desperata pedum velocitate, ad fraudulentiam conuersus, nihil spectat omnium nisi ut currentem teneat, vel impedit, & ita intercludat: quod n̄ ei succedat, fieri non possit, ut potiatur victoria. Non secus autem, atq; hic fieri ostendimus, & in amicitijs beatorum accidit.

Qui-

Quicunq; enim hic primas tenet, ei struuntur insidiæ: ipseq; dum sibi nec metuit, nec cauet, in medijs comprehensus hostibus abripitur.

Secunda sunt partes in hac fabula eius, qui oppugnatur: is est, qui floret gratia vel apud regem, vel etiam apud populum, vel auctoritate praefat, qui ventis secundis nauigare, & honores opes q; adeptus adepturisue videatur. Hac omnia apud eos maximè inuidiosa sunt, qui omnia illa sibi deberi, & præripi suspicantur. Tantos igitur tales q; viros, eos q; sapè bonos, mali calumniantur, ut ipsi amentur, primum locum teneant, rem familiarem amplifcent, administrarent siue possint omnia. Sed quod quis magis miretur, non homines solum, sed res etiam eximiae, bona artes, ipsa deniq; virtus & sapientia, exposita sunt calumniis: nihil horum omnium tutum est à calumniatoribus, ut cum iis nocuerint, qui illorum aliquid possident, ipsi bonis potioribus prædicti existimetur, ac propterea priores illis, immò primi omnium habeantur, & prima premia consequantur, qua illis debentur. Sic rabula forensis iuris prudentiam calumniatur, esse nihil nisi mare contentionum, questio num infinitarum spinas non necessarias: se causas tractare in conspectu omnium, & litibus finem imponen-

re, ut non iniuria iurisconsultus ipse audiatur. Idem dicendi artem calumniabitur, esse magistrum inutilis elegantia, nec habere in se ostentationem aliquam: se loqui, qua ad rem faciant, quibus clientum bona famam defendat, ut ipsum pro oratore colant. Sic circumforaneus aliquis de arte medica clamabit: dubiam esse, abstrusam, curiosam, tot annos in inquisitione fruicularum rationum occupatam: se unicum salutis vindicem, sibi unam esse panaceam, qua dictum factum, ad unum quicquid est pestium, infugam vertat, ut ipse habeatur pro praesente Aesculapio. aurimontes ante pedes exstruat. Sophista item, qui omnium scientiarum bonarumque artium gustum nullum acceperit, nec hominem doctum oculis viderit, procacitate lingue impudentia fretus, philosophiam calumniabitur, ut subtilem otiosam, vix aculo parabilem, nec suo cultori, nec aliis usui futuram, ingloriam, mendicam deniq; se didicisse ex noua familia principe, nullo negotio, brevi tempore, quid queris? omnia: a quo simul diuinam virgulam accepisse, unam omnis aurea sapientia indicem, que neminem unquam fefellerit: sibi esse in manus facultatem, de qua nullis unquam sculis ullus sapientum somniarit, quidquid quis velit sapientia in quiete suspen-

vispanè infantulum, vel prorsus infantem, quasi transfundendi, quām ingeniomaximè bebeti sint, ut aque, ac magister ipse (quod solum tamen mibi valde credibile visum statim fuit, quodq; verum esse, in omnibus animaduerti) etiam sola indomita. Et perenniloquacitate sapiat: ut non ille solum sapiens, sed ne sapientum quidem numerus sine ipso completus videatur: utq; ita non ramopalma potitus, sed ipsa palma à pueris Et puerili adulto grege censetur, idq; omnium illorum calculis, ut contrà Plato, Aristoteles, Et corum similes, testulis corundem, turba Attica in morem, non in annos decē, sed omnino sine spe redditus in exilium ire inbeantur: clemente admodum sententia, digni alioquin, qui in barathrū optimo iure præcipites dētur. Monstris simile, sed verum, Et hanc scio, risūne dignum magis, an indignatione: non hoc, quòd illi ab omni doctrina inanes, vera scientia, ipfiusq; adeò veritatis hostes in ludis passim puerilibus imperium habent, ephoris scholarum non intelligentibus, neq; quām frimola Et abhorrentia à vera docendi ratione pro oraculis venditent, neq; quā necessaria aut silentio premant aut corrumpant. Etenim aut scripta veterum utrinq; lingua, sed Graeca potissimum; quò Graecalittera Latinis potiores, negli-

est, sed ē de decori. Faciebat hoc Dionysius, alens adulatorum greges: quos ille bebat, ut ipse esset miserior: quod ipsum erat turpe admodum tyranno. Quin se regum thesauri perennes sint, ut quidam putant, quod aula & peritus non assueret: tamen regibus nihil turpius, quam ministros voluptatum in deliciis, ē in precio habere, opibus cumulare, ad honores euehere: quacum silentio forte aliqui, nemo intelligens sine indignatione spectat. De his moneri in tempore principes, cum ipsorum, tum reipub. interest. Ipsa audience melius, omnia felicissimis administrabunt: minus erit aulicarum pestium, ē calumniatorum facessent aliqui. Sunt quidam nimis audaces, nimis vafri: ita fit, ut se ab illis in uniuersum nulla regia vindicārit unquam, nec ullā vindicatura sit. Quod oppidum? quem vicum? quam priuatam domum ab inuidia, assentatione, calunnia prorsus immunem inuenias? Proinde eō res reddit, quā initio dixeram. Etsi autem ad unum omnes viros bonos cum primis petunt: tamen neq; ipsi à se mutuo abstinent, mutuo se conficiunt: ibi quos videris triumphos agere, video as deinceps in triumpho duci: fraudem minutam maior tantisper premit, donec ē hāc maior perimat: ipsaq; aut omnes se inter se conficiunt, aut si qua

opima

opima spolia retulit, & honoribus, qui putantur, & iniustis opibus aucta; ei bona boni non precantur, nec ferè quisquam: de niq; eius infamis victoria redundant in posteros, donec & ipsi pœnas dederint, quas maiores pro meriti fuissent malis artibus. Studere cuiq; suo honori suoq; commodolice, & necessarium ex aliqua parte est, si viuere & non misere vincere velimus: verum sine iniurijs aliorum, quas regit calumnia, quando homines, nec dignitati, nec opibus modum ponunt, quarum illa, sic quæsita, infamis est, ha inuenta etiam lubricæ & dominis ut plurimum exitiosa. Quò pertinet, quòd, contrà quām calumniatoribus studio est, præclare dixit Chryseppus, relatum in præcepta de officijs à M. Tulio, ubi ait. Nec tamen nostra utilitates omittenda sunt, aliisq; tradenda, cū his ipsi egeamus: sed sua cuiq; utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruendum est. Scide Chryseppus ut multa: qui stadium, inquit, currit, enītī & contendere debet quām maximē posse ut vincat: supplantare eum, quicum certet, aut manu depellere nullo modo debet: sic in vita sibi quemq; petere, quod pertineat ad usum, non iniquum est. Quem locum cō quoq; citani, quòd & hic supplandi studiū calumniatribuitur: cuiusmodi consideratio non ma-

gni momenti forte sit, sed elegantibus ingenii non indigna etiam viris in repub., versatis semper visa fuit. Cæterum calumnia ut plurimum petitur potissimum, qui in honore est, cui propterea, quos ille à tergo relinquit, inuident. In eum enim vniuersitela dirigunt, ut quem præuideant obstaculo sibi & impedimento futurum: quin primum se se vnuquisq; futurum putat, si prius illum principem expugnauerit, & ab amicitia procerum remouerit: quemadmodum & in gynanicis certaminibus, inter eos, qui cursu certant, fieri solet. Ibi enim honestus cursor dato cursui signo, hoc vnum expetit, ut anteuerat cursu cæteros, & rotto animo ad metam intento, speq; in pedibus posita, aduersus alterum, nihil malitiose agit, neq; quicquam in socios certaminis improbè molitur: alius contrà, malitiosus & imbellis adversarius, desperata pedum velocitate, ad fraudulentiam conuersus, nihil spectat omnium nisi ut currentem teneat, vel impedit, & ita intercludat: quod n̄ ei succedat, fieri non possit, ut potiatur victoria. Non secus autem, atq; hic fieri ostendimus, & in amicitijs beatorum accidit.

Qui-

Quicunq; enim hic primas tenet, ei struuntur insidiæ: ipseq; dum sibi nec metuit, nec cauet, in medijs comprehensus hostibus abripitur.

Secundas sunt partes in hac fabula eius, qui oppugnatur: is est, qui floret gratia vel apud regem, vel etiam apud populum, vel auctoritate præstat, qui ventis secundis nauigare, & honores opesq; adeptus adeptur usque videatur. Hac omnia apud eos maximè innuidiosa sunt, qui omnia illa sibi deberi, & præripi suspicantur. Tantos igitur talesq; viros, eosq; sapè bonos, mali calumniantur, ut ipsi amentur, primum locum teneant, rem familiarem amplifcent, administrent sine possint omnia. Sed quod quis magis miretur, non homines solum, sed res etiam eximia, bona artes, ipsa deniq; virtus & sapientia, exposita sunt calumniis: nihil horum omnium tutum est à calumniatoribus, ut cum iis nocuerint, qui illorum aliquid possident, ipsi bonis potioribus prædicti existimetur, ac proptere a priores illis, immò primi omnium habeantur, & prima præmia consequantur, qua illis debentur. Sic rabula forensis iurisprudentiam calumniatur, esse nihil nisi mare contentionum, questio- num infinitarum spinas non necessarias: se causas tra- ctare in conspectu omnium, & litibus finem imponen-

re, ut non iniuria iurisconsultus ipse audiat. Idem di-
 cendi artem calumniabitur, esse magistrum inutilis e-
 legantia, nec habere in se nisi ostentationem aliquā:
 se loqui, quæ ad rem faciant, quibus clientum bona &
 famam defendat, ut ipsum pro oratore colant. Sic cir-
 cumforaneus aliquis de arte medicæ clamabit: dubiam
 esse, abstrusam, curiosam, tot annos in inquisitione fri-
 uolarum rationum occupatam: se unicum salutis vin-
 dicem, sibi unā esse panaceam, qua dictum factum, ad
 unum quicquid est pestium, infugam vertat, ut ipse
 habeatur pro presente Aesculapius, & auri montes ante
 pedes exstruat. Sophista item, qui omnium scientia-
 rum bonarumq; artium gustum nullum acceperit, nec
 hominem doctum oculis viderit, procacitate lingue &
 impudentia fretus, philosophiam calumniabitur, ut sub-
 tilem & otiosam, vix seculo parabilem, nec suo cultori,
 nec caliis usui futuram, ingloriam, mendicam denig:
 se didicisse ex noua & familia principe, nullo negotio, bre-
 ui tempore, quid quaris? omnia: à quo simul diuinam
 virgulam accepisse, unam omnis aure & sapientia indi-
 cem, qua neminem unquam fecellerit: sibi esse in manu
 facultatem, de qua nullis unquam sculis ullus sapi-
 entum somniarit, quidquid quis uelit sapientia in que-
 nis penè

vispanè infantulum, vel prorsus infantem, quasi trans-
 fundendi, quām ingenio maximè habeti sint, ut aquæ,
 ac magister ipse (quod solum tamen mibi valde credi-
 bile visum statim fuit, quodq; verum esse, in omnibus
 animaduerti) etiam sola indomita & perenni loqua-
 citate sapiat: ut non ille solum sapiens, sed ne sapientum
 quidem numerus sine ipso completus videatur: utq; ita
 non ramopalma potitus, sed ipsa palma à pueris & puc-
 rili adulto grege censeatur, idq; omnium illorum cal-
 culis, ut contrà Plato, Aristoteles, & corum similes,
 testulis eorundem, turbæ Attica in morem, non in an-
 nos decē, sed omnino sine spe redditus in exilium ire in-
 beantur: clemente admodum sententia, digni alioquin,
 qui in barathrū optimo iure precipites detur. Monstris
 simile, sed verum, & haud scio, risūne dignum magis,
 an indignatione: non hoc, quòd illi ab omni doctrina in-
 anes, vera scientia, ipsiusq; adeò veritatis hostes in-
 ludis passim puerilibas imperium habent, ephoris scho-
 larum non intelligentibus, neq; quām friuola & abhor-
 rentia à vera docendi ratione pro oraculis venditent,
 neq; quā necessaria aut silentio premant aut corrum-
 pant. Etenim aut scripta veterum utriusq; lingua, sed
Gracissimum, quòd Graca littera Latinis potiores,
negli-

negligunt: Et si quid forte eorum sine ultrò, siue ins-
 si, explicandum suscipiant, id omne, in epto & alieno
 quodam interpretandi modo contaminant, omnia ac-
 commodantes ad regulam Lesbiam, quam diuinam
 scilicet rationem, quotquot à proditis litteris vixere
 grammatici, & interpres in omni genere discipline
 versati, prorsus ignorarunt, ea tamen usi, quæ satis rei
 in uniuersum faceret. Sed alterum eiusmodi est, quod
 ob rei ineptiam intelligentes rideant, boni ob publicum
 malum detestentur: quod sicut locustæ denso globo in te-
 neras segetes inuolant, totoq; fundos miserabilem in-
 modum depascunt, sic ijdem se confertim in publicas
 academias infundunt, ut calamitatem Musarū tem-
 pes in importent. Ei malo, cum initio animaduertere-
 tur, ab aliquibus obuiam itum fuit: sed fit, non tam in-
 scitia, ut quis suspicetur, quām, ut mea fert opinio, no-
 stra negligentia, ut illæ hirundines per garrula etiam-
 num in una altera uè academia nidulos figant, quos re-
 scelli, hoc est, illis silentium imponi oportebat: ne iuuē-
 tutem à recte discendi via abstractam, falsis opinioni-
 bus imbuant: licet illi iniuriam sibi fieri, falso existi-
 ment: perinde, ut mulieres apud Aristophanem stoma-
 chantur, sibi in comitiis locum non esse, omnem remp.

à mari-

amaritis suis teneri: id vniuersis videri iniquissimum:
 quasi Platonem etiam legissent, quanto meliore causa
 se nisi credidissent? Nec vero quis existimet, me non
 nisi de isto nouitio sophistarum genere loqui: de omni-
 bus idem sentiendum. Et statuendum est, qui pro veris
 sententiis opiniones, somnia pro rebus amplectuntur.
 Etiam vero Isocrates de hac sophistarum, a quibus ve-
 xabatur, calumnia: Indignor, inquit, cum sycophan-
 tiam conditione meliore esse video, quam philosophiam:
 Et illam quidem accusare, hanc vero causam dicere.
 At illi calumniatores interim in amoribus sunt,
 & habentur pro amicis, quod alijs grauiter incō-
 modent. Nec vero vulgari modo excogitat, qui-
 bus auditori, quae adferunt, persuadeant: immo
 omnis eorum ars in hoc ipso vertitur. Metuunt
 enim, ne quid effingant, vel dissentaneum, vel
 etiam alienum. Plurumque igitur, quae esse in co-
 vident, quem calumnijs premere constituerint,
ea in deteriorem partem detorquent, atque ita ac-
cusationes suas pingunt, ut nihil videatur veri-
us: exempli gratia, medicum calumniantur, ut
veneficum: opulentum, ut fæcum: fæcum, ut
molientem prodiciones.

Redeamus ad calumniatorem, cuiusq; artem penitus
 intueamur. Quantiuis pretij eos esse, & prudentes
 vulgus iudicat, qui quemcunq; sibi finem, modò specie
 honestus sit, ut imperium, honorum, opes, victoriam,
 & quæ huius generis alia sunt, assequuntur. Nemo e-
 iusmodi quopiam bono absq; ingenio potitur: atq; is faci-
 lius & certius, qui illo acri siue diuino præditus sit.
 Hanc vim vel potestate solertiam nominamus. So-
 lertissimum esse oportet, & hoc agit calumniator, ne
 ibi sit hebes. Subit enim aleam profecto præsentis pe-
 riculi, si in mendacio deprehendatur. Non minus rigi-
 tur prouidet sibi, quam prudentes in rebus arduis, qua-
 rum dubius exitus futurus videatur. Est enim & præ-
 dentis solertia. Talis autem hac est, ut recte nos philo-
 sophus docet, ut quæ ad scopum, quem nobis proposueri-
 mus, tendunt, ea & agere possit, & consequi. Quod si
 igitur ille scopus honestus sit, laudem meretur, & lau-
 de afficitur ea solertia: quæ habitum accepta, suo nomine
 deinceps prudentia appellatur, non ipsa solum virtus,
 sed & ceterarū virtutum fidelis magistra & perpetua
 dux sin improbus & turpis; versutia mera est, &
 nominatur. Eo etiam fit, ut prudentes, tum solerter,
 tum uafros appellemus. Tullius prudentia magistrum,

pulcher-

pulcherrimiq; cuiusdam consilij auctorem Epichar-
mum, vafrum Siculum dixit. Solerter non male dicun-
tur, impropre vafri. In vafris enim est malitiosa cal-
liditas. Falsò vafros prudentes dixeris, in quibus boni
consilij nihil est, fraudis multa copia. Vafri & ver-
sipelles sunt calumniatores: in quorum artibus vafri-
tia prima est: quin hoc agunt, ut opus sive officium pro-
- prium, ne, dum reges & fortunatos viros calumnia-
rum carmine dementant, quid inconcinnum aut à re
alicenum adferant, quo ferè se in sinistram suspicio-
nem conijciant: sed contrà sedulò dispiciant omnia, &
quo quasi Musico modo aptissimo oporteat, decantent,
qua persona conuenire, & de ea statim credi possint: ut
de medico, quia ipsi semper pharmaca sunt in manibus,
propinasse venenum: de diuite, quod opes animos ad-
dunt hominibus, inhumanum esse, & sauum: de lon-
ginquo hospite, quod multi emissarij, esse explorato-
rem: de patrefamilias, quod attenti ad rem, auarum:
de auaro, quod questum nullum negligunt, fenerato-
rem: de canto, quod se in discrimen non precipitant, ti-
midum: de liberali, quod interdum vix sumptum susti-
nent, prodigum: de forti, quod adire periculum pro pa-
tria non recusant, temerarium: sexcenta alia. Hac

versutia cacoethēa Gracis; in moribus scēnum ponit
 philosophus, Et̄ definit. Et̄ sc̄nes videlicet, inquit, sunt
 malitiosi. Est enim malitia, omnia in peiorē par-
 tem accipere. Cum enim nihil ita benē dici, Et̄ ita re-
 stē fieri possit, quin utrōq; modo possit accipi, ipsi q; di-
 dicent plerosq; rebus malis potius studere, quām ba-
 nis; siccirco in deteriorem partem plerumq; interpre-
 tantur, quicquid aut dicitur, aut geritur. Nec alia
 cauſa est, quod ijdēm indulgent suspicionibus, ut Et̄
 ibidēm tradit. Nec tamen hac de omnibus scēnibus di-
 cantur, ut nec reliqua de quorumcumq; moribus. Sed
 hic moribus cunctis proprius est, quotquot calumnia stu-
 dent. Qua non historia exempla suppeditant? Syracu-
 sanum proferam. Dionem à natura ad virtutem fa-
 etum, Et̄ à doctrina per Platōnē mirificè confirmatum,
 tali malitia calumniabantur ad maiorem Dionysium,
 non minus adulatorum calumniatorumq; mancipium,
 quām faedissimarum voluptatum. Namq; Et̄ in has,
 Et̄ in illorum consuetudinē erat deinceps, donec fun-
 ditus periret. Virum enim à vita ista perdita volu-
 ptuaria ferre nequaquam poterant. Itaq; vitiorum
 appellations verisimiles, virtutibus ipsius indebant,
 cumq; calumnia premebant. Ipsius enim gravitatem,

contem-

contemptum, & in dicendo libertatem, arrogantiam nominabant: & si monebat, accusare, si non vna pecaret, omnes prae contemnere videbatur. Hac de eo
E ijsdem paucis verbis Plutarchus.

Interdum illis & auditor ipse alias atq; alias calumniandi formas suppeditat: atq; ita istud malevolum genus hominum, omnia in pessimam partem interpretantium, se aliorum moribus accommodantes, facilè perficiunt, quod in animalium induxerant. Si enim quem zelotypum animaduertant: ille, in cæna, inquit, vxori tuæ annuit, contemplatus eam non sine suspirijs: & cum Stratonica contrâ satis blandè contuita deperi-re visa fuit hominem: accedunt aliae calumniae, quibus fulpicionem adulterij magis moueat. Si auditor pangendis versibus incumbat, & in hoc sibi studio mirè placeat: Per Iouem, inquit calumniator, versus tuos ridet Philoxenus, & carpit, & numeros esse senti alienos, & compositionem horridam. Ad virum autem, quem pietati studere & cultorem numinis videat, amicus defertur, ut impius & nefarius, & quasi qui de Deo peruerse, aut nihil sentiat, & prouidentiā inficietur. Ille

calibus auditis, repete; vt cestro per aures ictus, inflammatur, vt fieri in ciusmodi solet, & amicum detestatur. Nec enim exspectat, quibus argumentis ille impietatis conuincatur. Eiusmodi enim omnino excogitant, & in medium adferunt, quæ auditorem in bilem concitare potissimum queant: atq; vbi quæ pars minus tecta sit, eò sagittas dirigunt, eò mittunt iacula, vt ille repentina ira concitatus, indagationi veritatis non vacet, sed alterum etiamsi se ad dicendam causam paret, non admittat, ante iam narratione illa noua, vt omnibus modis vera, occupatus. Revera enim nulla ratione ad calumniandum magis proficitur, quam si ea dicantur, quæ auditoris cupiditati repugnant maxime.

Nec respiciunt virtutis hostes & quietis nostra turbatores, adeos tantum, quos adoriantur: sed etiam ad quos calumnias deferunt. Adeorum enim ingenia & animos se suasq; accusationes accommodant. Si auditor sit suspicax, nec facile alijs credat, aliquem accusabit malevolus ille malafidei, & potissimum, vel villicum, vel questorem: quod ille, quain fundo herisunt, hic pecuniaris rationes tractet. Si princeps sit religiosus, dicit

dicot, alterum profanum vel impium. Hac calunnia
 valet ad supersticiosos, ad populam. Vulgus enim
 superstitionem. Sic fuit accusatus Socrates, sic Aeschylus,
 sic Thucydites: idem sibi metuebat Aristoteles,
 ut est apud Elianum: atque idcirco se cedere aiebat, ne
 in philosophiam peccandi occasionem denuo daret Atheniensibus. Nihil de nostra religione, qua cum in
 primo ortu incrementum sumeret, nomen Christia nisi
 si cui vel falso impingeretur, id satis erat ad quodvis a-
 trox supplicium: nec de nostri seculi moribus dicam. De
 his enim in uniuersitate tacere praeftat, ne irritetur, qua-
 uis tigride senior, calunnia. Ceterum Lucianus in e-
 exemplis non narrat, sed verbo tangit historias: primum
 mentionem facit Stratonica: qua cum plures fuerint
 perillustres reginae, quam uelit, mihi non liquet. Fuit
 enim Stratonica Pœmandri uxor, cuius in questioni-
 bus Gracis Plutarchus meminit: alia uxor regis Deio-
 tari: alia Ariarathis, regis Cappadocum, filia, ut est
 apud Strabonem, ex qua Eumenes suscepit Attalum,
 cum quibus tamen non sunt consentanea, qua narrat
 Plutarchus de amore fraterno. Sed de Stratonica ipse
 relinquam in dubio. De Philoxeno autem hac memoria
 prodidit Diodorus Siculus, qua cum lectori cognoscere
 hoc loco

hoc loco non sit incommodum, Etiam ipsam historiam
 alteram de Hephastione, ipsum verbis subiiciam.
 In Sicilia, inquit, Syracusanorum tyranus Dionysius,
 bellis, qua cum Carthaginensibus gerebat, solutus, alta
 pace et quiete fruebatur. Itaque, magno studio ad pa-
 genda carmina animum adiecit, Et ea arte nobiles ac-
 cersuit, cumque ijs, quos ante omnes in pretio haberet,
 totos dies erat, Ipsius poematum magistris et corre-
 ctoribus utebatur. Ab ijs autem ob beneficia, quibus
 afficerentur, verbis ad gratiam compositis factus elati-
 tor, multò ille magis poëmatis, quam rebus praelare
 bello gestis capit gloriari. Erat in ipsis familiaribus
 poëtis Philoxenus, dithyramborum scriptor, qui in suo
 generis carmine condendo facile primas tenebat. Ac-
 cedit, ut cum inconuiio tyranni verfus inepti et vi-
 les lecti fuissent, ex eo quereretur, quid de ijs sentiret:
 atque ille respondit paulo liberius, ut eo iudicio tyrannus
 grauiter offenderetur, Eum obiurgaret, quod iniuri-
 ã eos vituperasset: denique famulis mandauit, ut eum
 è vestigio in latomias abducerent. Ceterum cum po-
 stridie amici eius sedulo monerent, ignoscere Philoxenum;
 post redditum cum eo in gratiam, eosdem accepit conui-
 uio. Ibi cum liberalius se poculis invitarent, atque ite-
 rum

rum Dionysius sua poemata iactaret, nec non aliquos
versus, quorum de bonitate prorsus sibi persuaserat,
pronunciaisset, & simul quereret: quid tu de his versi-
bus existimas? nihil aliud ille dixit, sed accitis Diony-
sij famulis, in latomias se abduci iussit. Tum igitur
oblationis urbanitatem subridens Dionysius, verbo-
rum libertatem minus iniquo animo tulit: risus videli-
cet exortus tyranni indignationem quasi obtundebat.
Nec verò multò post cum familiares, nec non ipse Dio-
nysius, deprecarentur in tempestim amissione modi liber-
tatem; promisit de sc. Philoxenus quod nem⁹ exspecta-
serat. Aiebat enim, seresponsurum, ut ne veritas
violata, & sententia illius satisfactum videretur: id
quod & egregie præstítit. Cum enim tyrannus protu-
lisset versus, qui affectus commiserationis haberent,
quasi uissetq; cuiusmodi eos esse putaret; misrabiles,
inquit: ut ambiguo verbo utrumq; seruauerit. Diony-
sius enim misrabiles accepit, ut plenos commiseratio-
nis: cuiusmodi esse oportet huius generis versus exi-
mos: unde ab illo laudatos credidit: verū ceteri,
veram sententiam amplexi, uilitatem versus illo
verbo notatam intelligebant. Hac Diodorus: retinim-
us autem latomias, que et se crant lapicidine, tamen

L V C I A N I

carcerem ibi fecerat Dionysius, de quo sic in V.
Verrina: latomias Syracusanas omnes audistis: plerique
nostris. Opus est ingens, magnificentum, regum, ac ty-
rannorum: totum est è saxe in mirandam altitudinem
depresso, & multorum operis penitus exciso: nihil tam
clausum ad exitum, nihil tam septem undique: nihil tam
tutum ad custodiam, nec fieri, nec cogitari potest.
Sic apud Ptolemaeum, cognomento Dionysi-
um, calumniabatur quis Demetrium Platonii-
cum, vt qui aquam biberet, & solus omnium
Dionysius vestem muliebrem non induisset, &
nisi accusatus postridie in conspectu omnium & po-
tasset, & sumpto Tarentinidio, & cymbala
pulsasset, & præterea tripudiasset, actum de co-
fuisset, vt qui regis vita instituto non caperetur:
immò nouis rationibus improbareret, & Ptole-
mai delicias pro nihilo duceret. Ceterum que
apud Alexandrum calunia vigebat, omnium &
prima recte diceretur si quis cultum diuinum &
adorationem Hephaestoni negaret. Cum enī
diom suum obijisset Hephaestion, ibi Alexander
se nimio in illum amore, & hoc reliqua ma-
nu adiuciebat, vt mortuum illum in do-
os re-

os referret. Statim igitur ei vibes, templa condidere: dedicabantur luci, aræ, victimæ, & dies festi agebantur huic nouo deo: sanctius sacramentum dari non poterat, quām si quis per Hæphæstionem iuraret. Quod si quis ob hæc leuiter ridebet, vel minus illum venerari videretur, ei persona capit is interrogabatur. Adulatores autem, arrepta hac Alexandri puerili cupiditate, regem inflammabant, et si remissior esset, excitabant, dum umbras narrabant Hephaestionis, ciq; apparitiones aliquas & morborum curationes affingebant, & quedam de eo oracula diuulgabant, ac deniq; victimas cædebant Familiari ac Vindici deo: Quæ omnia cum voluptate audiuit Alexander: ac tandem ipse vera illa esse credebat, & in hoc triumphabat, ut qui non solum Iouis filius esset, sed & deos designaret. Quot igitur amicorum Alexandri deitatis Hephaestionis acerbos fructus illo tempore percepisse arbitramur, delatos, quòd commune numen omnium non venerantur, & propterea solum vertere iussos, & regis gratia priuatos? Tunc & Agathocles Samias, dux tor ordinum apud Alexandrum, apud

quem etiam esset in pretio, parum absuit, quin
in caucam cum leone includeretur, quem quis
calumniatus ad regem fuerat, quod præteriens
sepulchrum Hephaestionis illacrymasset: sed Per-
dicas ipsi subuenisse perhibetur, cum iuraret
per omnes deos, & per Hephaestionem, sibi in ve-
natione, in clara luce apparuisse illum deum, &
seriò imperasse: diceret Alexandro, ne in Aga-
thoclem grauius aliquid statuat. Nec enim cum,
quod de eius numine dubitaret, neq; quod vita
functus fuisset, illachrymasse, sed recordatum
veteris consuetudinis. Igitur adulatio & calu-
mnia eo tempore ad Alexandri affectum compa-
rata maximè locum habebat.

Nimis verum est, quod regum filij voluptatibus se ut-
plurimum dedunt, ijsq; percutunt, & perdunt suos: idem
Dionysio ex Ptolemais ultimo evenit: regnârunt à pri-
mo annos ducentos nonaginta quinq;, bac successione,
ut Strabo auctor est, quem sequi visum fuit: in primis
quinq; Ptolemais scriptores consentiant: in ceteris di-
screpant, omnino tamen Dionysius hic Lagidarum po-
stremus fuit: tandem Cleopatra interitu Ægyptus in
potestatem Romanorum venit. Primus omnium calu-
mnia

amicis amicis dedit, itemq; ultimis: quod de ceterorum
quibusdam certum, de omnibus inter tunc valupitales
Et tot parricidia, credibile est.

LAGIDAE

Ptolomæus Lagi F.

mortuo Alexandro,
rex Aegypti.

Ptol. Philadelphus.

Ptol. Euergetes -- Agathoclea.

Ptol. Philopator -- Eurydice.

Ptol. Epiphanes.

Ptol. Philometor	Ptol. Euer-	Cleopatra nupta
	getes II.	Antiocho.
	Physcon.	

Ptol. Lathurus siue
Lamyrus.

Ptol. Auletes.

Dionyfius.	Secundus	Cleopatra	Berenice.
	filius.		

Hephaestionem porr̄ ut amauerit Alexander, historia
 soferunt. Dicunt nam et alterum e Diodoro locum inter-
 pretaturum, quando hoc facere videretur. Erat Ale-
 xander Ecbatanis in Media, totus in ludis et consu-
 eijs: ijsdem diebus cum potionibus nimium indulsi-
 set Hephaestion, in morbum incidit, quo et extinctus
 fuit. Rex cum casum graueriter tulit, mortuiq; corpus
 Perdicce Babylonem auchendum dedit, quo loco et
 splendidissimum funus facere decreverat. Tertio de-
 inceps anno, dimissis legationibus, qua ad eum multe
 ex omnibus propemodum orbis partibus venerant, oc-
 cupatur funere Hephaestionis. Tantum autem studi-
 um in eo efferendo posuit, ut non solùm omnem funerum
 ab hominibus ante institutam magnificentiam supera-
 uerit, sed ne quidem futura locum reliquerit. Etenim
 complexus eum fuerat inter illustres amicos amore sin-
 gulari, et ab obitu coluit, supra quam dici possit. Et
 viuentem enim omnibus amicis anteposuit, et si in a-
 micitia regis parem locum obtineret Craterus. Etenim
 cum de familiaribus quidam Craterum non minus à
 rege diligenter subiecisse fertur: namq; Craterum
 esse eximium regis cultorem, Alexandri eximium cul-
 torem Hephaestionem. Etiam cum Daréi mater in
 sermo-

seruouem regis admissa, per ignorantiam adoraret
 Hephaestionem pro rege, cumq; animaduerso peccato,
 conturbaretur: Id ne te, inquit rex, sollicitam habeat,
 mater. Namq; ♂ bic Alexander est. In uniuersum
 enim Hephaestion, apud Alexandrum tantum poterat,
 ♂ libertate orationis, quam inter amicos est, tanta tuto
 utebatur, ut cum aliquando Olympias, ob inuidiam,
 ab eo effet alienior, ipsumq; per litteras durius obiurga-
 ret, minis insuper additis, in suarum litterarum extre-
 mo hac verba apposuerit: Ac desine nos calumniari,
 nec succense, nec minare: si n minus, non admodum id
 nos monebit. Neq; enim ignoras, Alexandrum esse
 potentiorum omnium: Rex igitur, cum pararet, qui
 bus ad efferendum funus opus effet, vicinis orbibus im-
 peranit, ut conferrent, quantum quaq; posset, qua ad
 ornandum funus faccarent. Omnibus enim, qui Asi-
 am incolerent, imperauit, ut ignem sacrum, qui à Per-
 sis ita nominatur, ossui studio extinguerent, donec
 funus extulisset: quod Persa facere consuerunt regibus
 mortuis. Id mandatum, ut malumomen accipiebant,
 quoniam regibus diuinitus portendi existimabant:
 quin ♂ alia prodigia cuberet, que obitum Alexandri
 pranunciarent, de quibus post hanc de funere narra-
 tionem

tione m̄ verba faciemus. Duceſ enim & familiareſ co-
 gitabant vnuſ quisq; ſedulō, quid potiſſimum regi pla-
 ceret, & ſigna parabante burnea & aurea, & ex qua-
 cunq; alia materia, que apud homineſ in admiratione
 eſſet. Ipſe autem accerſit architectis, & multitudi-
 ne ſubtiliſſimorum artificum, ad decem ſtadia muros
 demoliuituſt, & laterib⁹ coaceruatis, & area, que
 rogu⁹ caperet aquata, rogu⁹ exſtruxit quadrilate-
 rum, ut unumquodq; latuſ ſtadium occuparet: locum in
 triginta cubilia diſtinxit, & tabulata conſtranit lignis
 palmarum, ut totum adiſcium quadratum officeretur:
 id ex omni parte mirifice ornauit: ipsum fundamentum
 aurea & quinqueremium prora cingebant ducenta qua-
 draginta: eiſ auriculis cuiusq; prora, que ſunt prima &
 roſtriſ partes, incumbebat grauibus ſagittarij duo,
 quatuor cubitus alti, & ſtatua armata ijsdem inſte-
 bant alta quinq; cubitos: internalla, proras diſtingu-
 entia, obtentā erant velis purpureis: ſecundum ſupra
 hac locum faces occupabant, cubitos longa & quindecim,
 que qua partē tenerentur, aureas coronas, que arde-
 rent, haberent aquilaſ explicatiſ alis, easq; deſpicien-
 tes, ad baſim ſecunda contignationis draconeſ, qui
 aquilaſ ſuſpicereſt: in tertia omnium ferarum,
 que

que. veneratione capiuntur, greges insculpti erant:
quarta regio auram Centaurorum pugnam continebat: quinta leones & tauros vicissim aureos: sed
superior pars Macedonicis & barbaricis armis referta erat, quarum alia testabantur praeclarafacina-
ra, alia indicabant res perditas. His omnibus infiste-
bant Sirenes penitus caua, qua caperent musicos, qui
defunctos funebre carmen canerent. Altitudo adficij
fuit plus quam CXXX. cubitorum. Cum autem uni-
versi daces & milites, & legati, atq; insuper carum
regionum incola buic funeri cohonestando incumbe-
rent, sumptum in id factum fuisse duodecim millium ta-
lentorum ascrunt. Praterea prater hanc magnifi-
centiam, & ceteros, qui dum funus effertur, fiebant
honores, postremò imperauit omnibus, ut sacrificarent.
Hephestioni, deo Praefidi. Per opportunitatem enim adue-
nit familiarium unus, Philippus, ferens ab Ammoni
oraculum, quo sacrificare Hephestioni deo iubarentur.
Latitia igitur clatus, quod suam sententiam deus ra-
tam habuisset, primus sacrificium fecit, & universos
acepit splendide decem omnis generis victimarum
millibus casis. Hactenus Diodorus, ut interpretari
fuerit, sed quia capi, quod in alio forte improbarem,

eodem errore locum ex Plutarcho interpretabor, quo
 eadem ferè narrantur: peccato non enormi veniam c-
 legans lector facile dabit. Posteaquam, inquit, venit
 Ecbatana Media, atq; res necessarias administravit;
 denuo ludis incubuit, & dies festos egit: quodadēmē
 Gracia tria artificum millia confluxissent. Illis verò
 ipsis diebus Hephaestion febri laborabat: sed ut iuuenis
 & militia deditus, exquisitam victus rationem non fe-
 rens, & Glauco medico absente in spectaculis, pran-
 dens, asso gallo deuorato, & magno craterē vini exham-
 sto, pessimè habuit, & paruo inter nullo diem obiit. Eum
 casum ita graniter talit. Alexander, ut nullum ratio-
 ni locum relinqueret: qui statim, ut in luctu omnes e-
 quos & mulos ponderi, & urbiū circumiacentium pin-
 nas auctli iussit: miserum medicum in crucem egit: ti-
 bias & musicam in castris longo tempore silere iussit,
 donec allatum fuit ex Ammonis templo oraculum, quod
 venerari Hephaestionē, ei q; sacra facere, ut heroi, man-
 dabat. Ad leniendum autem animi dolorem, ad bellum
 se iterum conuertit, & excursione facta, quasi in ve-
 nationem, gentem Cossaram delcuit. uniuersis, à puberi-
 bus initio facto, trucidatis: eas sauitia iusta Hephaestionis
 dicebantur. Monumentum verò eius & sepulcrum,
 & qua

Et quae ad funus cohunc standum facerent, ~~cum decem~~
 talentorum millibus parare, Et magnitudinem sumptu-
 um artificio Et splendore operis superare cogitaret; ex
 artificibus. Statuerat enim maxime desiderauit: qui ma-
 gnificam Et inauditam nouorum operum rationem au-
 dacter Et gloriose admodum de se promiserat. Hic enim
 cum ante sermones Alexandri uenisset, affirmauit:
 Athos, maximum in Thracia montem, ad effingen-
 dam viri formam aptissimum. Quare si inbeat, se rega-
 monumentum, tantum non aeternū; Et illustrissimum,
 ex Atho elaboraturum: que statua urbem populosi-
 mam, decem millibus hominum habitatam manus fini-
 sora comprehendet, dextra flumij in mare decurrentis
 amnem copiosum fundet. Illis igitur repudiatis, multò
 absurdiora Et sumptuosiora tum excogitauit. Et artifi-
 cibus in inueniendo præsto fuit. Hac Plutarchus: sed ca-
 persecutus fuit Et Arrianus, Et attigerunt passim alij.
 Quemadmodum enim in obsidione vrbis, non
 ad editiora, & præcipitia, & satis munita muro-
 rum loca, hostes ascendunt, sed sicubi partem a-
 liquam, aut sine custodijs, aut ruinosam sentiant,
 aut humilem, eò contenditur cum vniuerso ex-
 eritu, quod ibi facillime, quasiq; clam omnibus

ingredi & illam capere posse videntur: ad eundem quoque modum calumniatores, quod in animo debile, & ad ruinam inclinans, & conscientia facile, illò abducunt copias, & tormenta admouent: deniq; expugnant, vbi nulla contra explicatur acies, neq; quisquam præsentit hostiles impetus: deinde ut primum aliquando muros ingressi sint, omnia miscent incendijs & comburunt, & trucidant, & exigunt, ut fieri credibile est, animo occupato, & in seruitutem dedito. Sunt autem tormenta, quæ auditori admouent, fraus primum, & mendacium, & periurium, & obtestatio, & impudentia, & eiusmodi aliæ sexentæ malæ artes. Earum omnium princeps est adulatio, consanguinea, imò vna sororum calumnia. Itaq; nemo omnium adeo generoso animo est, etiam si pectus adamantino vallo munierit, quin adulatiois artificijs cedat: præsertim cuniculos agente, & fundamenta tollente calumnia.

Penitus aperit ingenia calumniatorum, & machinas, quas regum fortunatorumq; animis admouet, quasi ante oculos ponit, eō potissimum, ut bi sibi ab illis maiore studio caueant. De multiplici fraude dictum, quæ est

non

non nisi mendaciorum mira arte texta teta, ut ipsam
agre deprehendas: nec affirmatio nuda est, accedit sa-
cramentum, immo perinrium: nec minimum possunt
obsecratio & impudentia: sed vel primum in tot machi-
nis est, & pro quo quis ariete, adulatio, cognata sine soror
calumnia. Hac enim ab illa vestre sape sumit, quod vult,
inambulat, suspecta nemini, quod vult, penetrat grata
omnibus: omnes ei se patefaciunt: ultra fortes, tamque
vnice pane omnium animi expetunt. Id hinc fieri pa-
tabimus, quod quisq; se amat maxime, & sibi primum
adulatur fere in omnibus. Quid mirum igitur, si quisq;
principus sibi & maximus adulator, hospitem eiusmodi,
sui similem, sui de se iudicij testem, & iucunda opinio-
nis confirmatorem, post rapidè accipit, amicè complecti-
tur, & quasi semetipm audit, deniq; ipsi se totum de-
dit? Ne quis tam aduersum hasce pestes in universi-
tatem tutum esse, & inictum animum gerere, suspic-
tur. Est genus quoddam Gnatbonum, nimis simplex si-
ue rusticum, quos prima fronte agnoueris: quos propul-
sare & deridere, in procere, & tanta neq; sibi quis adule-
tur, tenuis, ut opulento, pusillus, ut procero, claudus, ut
celeri, modopaulum sapiat: sed facile mibi persuasim,
nibil me doctius, nibil melius, nabit clarins, nibil gratio-

sius: etiam si vix primoribus labris literas attigerim,
 nihil magnum gesserim, prater familiam nemo me no-
 scerit, viris principibus sim deridiculo. In his qui me
 demulceat, mihiq; litteras, quae in me sint recondita, &
 multiplices, virtutes item raras, famam, qua Alpes
 transuolarit, gratiam principum, qua me niti iubeat,
 in os decantet; cum primo loco habebo, hac de causa
 magnificiam, & in sinu souebo, faciam, nec non orna-
 bo, quibus rebus potero: ipse autem mihi valde placebo,
 me contemplabor, magnos spiritus sumam, prorsus obli-
 tus mei. Omnino hac in re unusquisque facile falleatur,
 & se fuisse sapere falsum, qui secum in memoriam rede-
 at, meminerit. Id ijs, qui potentia, auctoritate, diuitiis,
 omnibus deniq; fortuna bonis, & mali, cuenire, nihil
 mirum. Fallitur enim, & ipse se gallo brac in re, sapien-
 te sapientior. Virum esse oportet ut & hic fortiter ge-
 rat: quod & Platonis visum fuit, quib; blanditijs adul-
 torijs etiam virorum grauium animos interdum mol-
 liri dicit, & cereos effici. Atud cum enim sic Clinia,
 I. de repub. ad Megillam. Age vero, inquit, sicne sta-
 tuamus, fortitudinem esse contra metum & dolorem
 concertationem solummodo? an & contra desideria; &
 voluptate aliquas graues blanditiias adulatorijs?
 quae

qua^e virorum granum, ut habentur, animos emolliunt, & ad omnia reddunt cercos? Tbi igitur huic sententia subscribit Megillus. At quo pacto nos ab adulatoribus vindicabimus? Si videlicet non oblinissemur, quod Apollo iubebat, & in quo se esse aiebat Hqq. raelitus, cum quasi de re magna diceret: Me ipsum quererbam. Qui ergo in se inquisierit, & se pernoverit, vel etiam nos aperit; is & ipse sibi adulari desirat, nec adulatori loto ea facile dabit. Videbit enim, quam longe ab alijs suis bonis, vel ut eorum vix umbram teneat: et fortunabonorum magnam habet et idem copiam.

Eiusmodi ratio est, quæ foris geruntur: intus vero multi modi negotium magna contentio, manus porrigens, & foies aperiens, & modo agens, vt auditoris animus occupatus. Num hic est rerum nouarum desiderium, ob causas natura insitum, & fastidium visitatarum? Tua sitis audiendi mira quædam & rara. Num qui fiat, vt omnes clandestinis scripsit, capiamur, & audire arripiamus, quæcunque sub pacionum plena, ab alijs insuriantur. Noui equi nullos, orum

torum aures ita suauiter titillentur calumnij,
 quasi si fricentur pinnulis. Quando igitur hisce
 mnibus auxilijs irruunt, penitus omnem ani-
 num, ni fallor, occupant: neque sit sanè ardua
 ræc vicitia, nemine propulsante impetus, sed
 auditore siue iudice dedente levitatem, misero reo
 nesciente insidias. Quasi enim in tempesta nocte
 capiatur oppidum, ita qui deluduntur, oppressi
 somno, trucidantur. Ex his enim nihil est miser-
 abilius, quam quod ignarus sumus, quæ acta
 sint, amicum adiutum hilaris, vero non malè con-
 scius sit: eadem est aduersus nos oratio, pror-
 sus ijdem mores, cum tamquam area miser abo-
 mni parte insidijs circumveniatur.

Diximus hactenus nonnulla, qui calu-
 mnij conficitur: pleraq; de architecto: seor-
 sim quidē de utroq;, quanti sibi sam fieri potuit.
 Rei namq; natura est, ut qd; de altero multa dicat,
 ad alterum quoq; respondeat. Sic etiā non pa-
 ea, cum ex primo P. ex ceteris, quæ explica-
 tasunt, de auditoriis intelligi possunt: etiamq;
 quæ nunc profecti sunt, ad eum præcipue pertinent. Nam
 enim etiam recludimus, qui fornitis bene are-
 facti

facti instar est, qui ubi scintillam accepit, subito flam-
mam reddit. Primus auditoris morbus est, si pueriliter
simplex sit, & affectui nimis obnoxius: nec levior
est alter epidemus, quod nonas res cognoscere deside-
rat. Plerique enim sumus novitatis audiores, quam ve-
ritatis. Quod inde traditum capit omnium, quo
acceperit: aea, magis accedit alterum,
desiderium, utim sociam habet siue matrem
curiositas, & rorat a calumniatoribus in frau-
dem inducatur, alienis negotijs necuret, res
suis agat sedu-
re illis aditum intercluserit.
Qui secus facili-
videatur calumniatore melior.
Ae ille, sit me-
aliquid generosum & in-
genuum, & in sermone, repente crumpit
iram, & o-
ritus purgat, & cibis, se in amicum sine
caussa inf-
aduertit. Sin degener
ipse sit & hu-
quidem & primoribus
labris arridet, sed n-
aus odit, & clam den-
tes acuit, & iram
revolutat pe-
& toris imo. Hac eg-
o in iustius, ni-
hil moribus mancipioru-
rum tempe, si quis
compressis labris intus alit

animō odium augeat, dum aliud cælat in pectore, aliud proloquitur, & sub persona lata & comica miserabilem & exundantem maximis malis tragœdiam agit. Accidit autem maxime, ut in eiusmodi fraudem inducantur, cum calumniator visus fuerit iam pridem ei, qui defertur calumnijs, & tamen illorum, a deinceps corum, qui calumnia defecit, nec vocem quidem audiunt, nec puritatem faciunt. Quia enim vel fateretur, hoc occupati præiudicato subscribunt. Nec illud venit: plures sæpè inter eorum caussas exoriri, quas a cognoverit. Sæpè item fit, ut quibusdam in omnibus obnoxius sit, eorum alterum agat, ut hac ratione omnem à se moueat. In vniuersum autem item calumniari. Quæ enim ex fidem haud facile scura est. Immò amicissimis uti visi fuerint, adorantes omni studio agentes, ut suam credocencuolentiam ita declararent,

rent, quòd illorum commodi dignitatisq; gratia
ne quidem hominibus necessarijs pareant.

Primum erat, \mathfrak{E} x re maxime, non audire detestabi-
lem illam calumniam: sed cum vitio nosiro, tum illius
arte fit, ut ei \mathfrak{E} aures pandamus \mathfrak{E} animum. Nec
enim raro fit, ut honoratus ciuis, in quem populus oculos
conuerteret, homo familiaris, atq; idem habeatur bona
fidei, tecum sermonem instituat, in quo nibil tale ab offi-
cio viri boni alienum exspectes: ille verò interea, quem
amare vius ante fuerit, \mathfrak{E} nunc ipsum miris laudibus
afficiat; eidem capitale crimen affingat. Hac igitur,
qua forte adnolauit, maneat in auribus calumnia: non
etiam in animum auditoris penetret: quem si calu-
nnia spicula vulnerârint, tum vel perijt innocens, vel
periclitatur, non minus magno auditoris vitio, quam
nefario scelere calumniatoris. Perijt, si auditor profun-
dum odium concipiatur, \mathfrak{E} tacitus supplicij tempus dispi-
ciat: si ille iram in eum effundat omnem, ut faciunt, in
quibus aliquid sineri inest, periclitatur. Ut ab utroq;
se vindicet, auditor meminerit, quod initio fuit incul-
catum, si nullo abreptus affectu, animo tranquillo \mathfrak{E}
alterum ipse audiat, \mathfrak{E} tum in accusatorem, tum in bo-
minum improbos mores \mathfrak{E} ingenia obscura inquirat se-

dulo. **F**at enim, ut familiarissimos oderint, ut cum intimitate capitales inimicitias suscipiant. Que autem ab hostibus dicuntur; ea vero ad persuadendum minime sunt accommodata. Graibus autem praeceptis **E**t infra **E**t hoc loco eruditur princeps, siue futurus auditor calunnia. **V**num hoc: distrahi saepe animos, **E**t de inimicitia et causis nemini liquere, siue illa graues sint, siue leues, siue mera suspiciones. Alterum: solere nefarios **E**t versipelles, quorum rei sunt, eorum criminum reos agere alios, quod ipsi ab ea culpa longissime abesse videantur: cuius rei exempla sunt vel in priuatis adibus. Si quid neglectum sit, seruulus qui neglexit, in conservulum culpam conferet: si quod vas fractum, qui fregerit, alterum fregisse iurabit: utrumque, ut irati domini indignationem **E**t flagram se remoneat, securus, quid fiat de altero. Talis erat Heraclides, ut est apud Xenophonem, libro ultimo expeditionis Persica. Homo enim auarus, cui omnia essent pro nugis pra argento quavis ratione paro, Seuthae negotia mala fide administrabat. Etenim de pecunia, quam de manubijs confecisset, militibus Gracis stipendia non soluit, ut iussus fuerat. Quon nomine cum acriter a Xenophonte obiurgaretur, ille praudens futurum, ut palam perfidia arcesseretur,

cesseretur, Emetus, ne gratia domini excideret; omnes calumniæ vias, tum ad regem, tum ad ipsos milites, tentauit, ut Xenophontem amoliretur, vel etiam perderet: quin cum coniecit in graue discrimen. Tandem tamen, cum fons calamitatis appareret, diris deuuit consilij auctorem, nec ignorabat esse Heraclidem, Seuthes.

Sunt vero in ipsis auditoribus, qui, ubi ad se indignis calumnijs amicos delatos fuisse deinceps intellecterunt, tamen, quia eos pudet illa credidisse, nec illos ullo modo ad se admittere, nec intueri ausint, quasi ipsimet iniuria affecti, quod ipsos omni vacare iniuria cognouerint. Quocirca fit, ut calumniæ præsertim ita facile, & absque ultiore inquisitione creditæ, vitam hominum multis malis repleant. Antea inquit:

Aut te, Præte, morifas es, aut Bellerophontem,

Tolle, quod illici flamma me tentat amoris.

que certe illum prior sollicitarat, & repulsam passa fuerat: parum tamen absuit, quin iuuenis cum Chimæra prælians perijisset, temperantiae & pudoris erga hospitem præmio affectus, sibi ab impudica muliere structis insidijs. Phædra autem,

& ipsa cum priuignum eiusmodi criminis insimulasset, fecit ut Hippolytum diris deuoueret pater, cum nihil ille, deum immortalem? nihil admisisset, quod contra fas æquumq; esset.

*Auditor infelix calumnia interdum hoc peccatum
peccat gravissimum, ut cui ex alterius calumnia suc-
cessuerit, cum nequaquam pristina consuetudine &
benevolentia dignetur, etiam si veteris amici innocen-
tiam probè perspexerit. Hunc verò & multo arctius
amplecti, & culpam deprecari, & ipsum nouis benefi-
cijs denincire oportebat: calumniatorem odisse, & de-
testari. Non est igitur parva vis calumnia, quod & ille
Thessalus, Alexandri calumniatorum princeps, profite-
batur. Etenim cum gregis suo calumnia praecepta daret,
audacter calumniari precipiebat, quod et si vulnus co-
iret, tamen cicatricem non deleri. Sed cum expedire ar-
bitrer, ut hunc Medium, omnemq; eius scholam noue-
rimus, interpretabor Plutarchi illustrem locum ex li-
bello: quemadmodum amicus ab adulatore discernendus
sit. Adulatorem, inquit, qui cum alijs amicis compa-
paret, longè alium esse ab amico animaduertat. Amico
enim suauissimum est, ut non solus ipse, sed cum multis
simil. & amicum diligat, & ab amico diligatur: & in
hunc*

hunc modum sc̄ erga amicum semper gerit, ut \mathfrak{E} mul-
tos amicos paret, \mathfrak{E} apud omnes in precio sit. Cum e-
mim sentiat; qua amicorum sunt, communia ipse inter-
se affe: idcirco sic existimat, nullam rem oportere ita cf-
fe communem, ut ipsos amicos sibi inter se. At ille e-
mentitus, Spurinus, foris auratus, intus arcus, ut qui sibi
maxime conscius sit iniuria, qua amicitiam afficit,
quando cam, ut numnum adulterat, ipse natura inui-
dus est: nec tamen inuidiam exercet, nisi aduersum pa-
res, quando magno studio decertat, ut eos scurrilitate
viciat \mathfrak{E} inani loquacitate: superiorē borres \mathfrak{E} me-
tuit, non profectō ad Lydias quadrigas vestigia pedester
faciens, sed ad aurum purum putum, ut ait Simonides,
ne quidem plumbum gerens. Si igitur ipse leuis, \mathfrak{E}
supposititus, \mathfrak{E} fraudulentus, ē proximo ad veram, \mathfrak{E}
insti ponderis amicitiam, \mathfrak{E} solidam exploretur, sua
dignitate perdita, \mathfrak{E} falsi consuetus, idem facit,
quod de pictore fertur, qui gallos misere pinxerat. Pue-
rū enim veros gallos quam longissime abigere à ta-
bula iubebat. At hic veros amicos abigit, nec patitur
accedere propius: quod si animo morem gerere non pos-
set, palam eos demulcet, colit \mathfrak{E} veneratur, ut præstan-
tiæ, clanculum submittit \mathfrak{E} scriit calumnias: cumq;
occulto

occulto fermone ulcus fricet, etiam si non subito pro rursus
 effectum reddat, qui velit; seruat praeceptum Medij,
 quod memoria tenet. Erat hic Medius gregis adulato-
 rum Alexandri, quasi princeps, & primarius magi-
 ster, aduersus optimos ceteros in acie instructus. Iubebat
 igitur illos confidenter innadere, quos videretur, &
 mordere calumniis; docens insuper: ut tu mortuus ille
 vulnus sanauerit, manere tamen cicatricem calumniam.
 Fis ergo cicatricibus immo gangranis & carcinoma-
 tis, exesas Alexander, & Callisthenem, & Parme-
 nionem, & Philotam perdidit: Haec nonibus autem &
 Agesiis, & Demetris, pro rursus seipsum dedit supplan-
 tandum, quem adorarent, stola Persica amicarent, &
 arbitratus suo formarent, instar simulacri barbarici. Si
 ad alterius nutum & gratiam dicta factaque tua compa-
 res: hoc obsequium adeo magnam vim habet immo ma-
 ximam, ut res ipsa docet, apud eos, qui habentur maxi-
 mi. Hi enim quod & ipsi de se magnifice sentiunt, &
 sic de se pradicari volunt, hac res tum fidem facit adulato-
 ri, tum confidentiam addit. Loca excelsa namque aditu
 & consensu difficilia sunt insidiabitibus: sed in animo &
 mente ob res secundas a ingenij prestantiam vacuo,
 excelsitas & elatio, à misantibus & humiliibus calcatur
 potissimum.

potissimum. Ita Latine hunc locum reddidi, quem principes & principatus familiares diligenter legere, & apud animum perpendere iubeam: ni videar nimium ab instituto degredi, & cum explicandum suscipiam: quod qui conetur, opera pretium faciat, meo iudicio. Perpetet autem hinc, quod dixi, quanta vis fuit tyrannis fit calumnia: Alterum, de quo & prius egimus, adulatores esse primos architectos calumniarum. Ut Bellerophon calumniis Antea in discrimen venerit, etiam è tabulis Bellerophontis, que in proverbiū abierant, nouere, qui litteras degustarunt. Cum ad Praetum diuertisset in signiforma inuonis, capitum cum Antea, Praeti cōiuncte, adperire: cum j, ei amorem detexisset, & passa fuisset repulsam, tum igitur vel vindicta gratia, vel quod sibi imeret, se ab eo ad stuprum sollicitatam, ad maritum quiesca fuit. Prætus, ne hospitiij insuolare videretur, Bellerophontem cum litteris, quibus quid fieri vellet, ostendecat, in Lyciam ad socerum Iobaten misit: qui & ipse hospitem palam è medio tollere veritus, misit ad Chimaram expugnandum. Hac enim, quae, ut Homerum interpretatur. Lucretius, Prima lea postrema dra- co, media ipsa Chimæa, Ore foras acrem efflaret de corpore flaminam, cum facile conficeret. Verum vir

fortis, cum monstrum illud sustulisset, ad delendos
 Solymos primum, & iis deuictis, aduersus Amazonas
 missus fuit. Deniq^{ue}, tot victoriis potius ex insidiis infi-
 sit interfici, quod ipsum insidiatoribus exitio fuit. Qua-
 re per innocentiam diuinatus seruatum arbitratus, al-
 teram eifiliam Casandram in matrimonium, unaque
 partem regni pro dote dedit. Nec est ignota Phaedra & ca-
 lumnia, qua illa priuignum Hippolytum perdidit. Hic
 enim cum nouerat libidinem explere, obstinate, &
 quanta maxima verborum asperitate recusaret, ipsa
 sibi metuens, & vitam laqueo finiuit, & ne id ille im-
 punè ferret, suspendit de corpore suo tabellam, cui fat-
 sam illam mortis caussam inscripsérat, quod exitio fuit
 Hippolyto. Sed & hoc refertur: Creteidem, Hippolyti
 filiam, cum ipsa Pelea frustra sollicitasset, accusasse
 cum tentat^e pudicitia ad maritum Acastum. Hic igi-
 tur perductum in montem Pelium, vincitum ibidem
 feris dilaniandum reliquit. Addunt fabulae, Youem
 misertum innocentis, per Vulcanum misisse ensim,
 quase à feris vindicaret: liberatum, parua manu de-
 bellasse Acastum, & potius regno.
 Certè dicet quispiam: at inerdum, qui calum-
 niatur, fide dignus est, qui cum in cæteris iustus,

tum

tum prudentia prædictus esse videatur: cui omnino fides adhibenda fuerit, qui ciusmodi malas artes nunquam usurparit. An igitur quis est Aristide iustior? tamen & ille aduersus Themistoclem commouit & inflammauit populum, cum ambitione illa ciuii, ut aiunt, titillaretur. Iustum fuisse aduersum alios non nego: sed idem & homo erat, nec erat absque bile, & alios amabat, alios oderat. Quod si vera sunt, quæ de Palamede referuntur, ille etiā qui prudentia Græcos superauit, & habitus fuit in alijs optimus, astutiam & insidias inuidia videtur texuisse aduersus consanguineum, & amicum, adiectum eadem classe ad idem periculum. Usque adeo insitum hominibus natura est, ut peccet in rebus eiusmodi: Quid enim quis aut Socratem commemoret, quem iniuria hostes calumniati fuerunt, ut impiū & ex insidiis agentem omnia? aut Themistoclem, aut Miltiadem, qui post tot claras victorias, in suspicionem proditionis Græciæ yenerunt. Sexcenta enim exempla, & ferè pleraque iam nota sunt. Et hoc loco auditor calumniae præcipue eruditur, sine accultur: neque non tamen unicuique nostrum usui esse

poteris. Si enim in exemplis videamus, laudatissimos
 quandoque reprehendisse, quos minime oportebat, quod
 non longe abest à calunnia, vel potius est calunnia. Et
 ex ratiōne discamus fieri posse, ut in id tam grāte cri-
 men pānē quis incurrat bonus insciens; magis sollicitè
 nobis à temere carpēndis aliis cauebimus, quod est qua-
 se vestibulum calunniae, si non in eo ipso habitat. Ad-
 ditor autem, etiam spectatissimi accusationem, vel et-
 iam leuem reprehēnsiunculam suspectam habebit non
 iniuria, sicut virumq; meminerit, Et fuisse calumniatos,
 quos nemo crederet, Et neminem mortalium esse tan-
 ta constantia, ut non interdum variet. Hoc affirmare
 Plato non dubitat, in epistola ad Hermeam, Erastum
 Et Coriscum. Et si de tribus præstantibus viris, in mu-
 tua amicitia perseveraturos, statuerat: tamen verbis
 adeo utitur, quibus uti fidentes non solemus. Quod si
 quis, inquit, istam coniunctionem vlla in re soluere
 videatur. Sunt enim res humanae non omnibus modis
 firma: ac se dicat, interdum vacillare constantiam,
 que hominum est: Nec tamen quis omnem fiduciam
 tolli, aut ad omnes suspicioneſ fenestrā aperiri
 existimet. Fis non leniter indulgeret, sed cum de
 alterius existimatione Et salutē agitur, despiciendo

sunt

sunt sedulò omnia, ne in quem eo alterius iniuria vel
 errore, iniurijs simus Homo est, qui laudat: id forte non
 tam iudicio facit, quam amore. Et bencvolentia Homo
 item, qui carpit: forte, quod tum odit, siue ei inuidet, aut
 irascitur. Obnoxius utique affectibus: illum feramus,
 quod cupit benefacere: tamen explorabit laudati ani-
 mum, ne suo malo, eodem utatur. Quidni igitur, quan-
 do hoc cum illius periculo est, reprehensum aspiciat, ne
 indignam iniuria, ac forte dignum beneficio ipse iniu-
 ria afficiat, aut prater caussam aueretur, in quo Et ipso
 non nihil est iniuria? Nam quod ad Aristidem, is ea fuit
 vita in regritate, ut solus omnium mortalium obtinue-
 rit cognomentum Iusti, quo nomine nullam magis re-
 gium exigitari potest, diuinissimum certè omnes fa-
 tentur: idq; Athenis, in populo, ut acerrimi iudicij,
 ita maxime in uido: quin ipsum ab eiusdem inuidia Et
 indignatione vindicanit: tamen affinis esse calumnia
 creditus fuit. Siue enim natura à prima pueritia ille
 Et Themistocles discrepabant, siue illum inuidia ac-
 cenderat: nec ita sensit in omnibus de illo suo amulo, ut
 par fuit, Et dixit in eum sapè acerbius, quam verius.
 Non prorsus hoc negat Plutarchus, et si simul eum taceri
 videtur. Cum Themistocles, inquit, multa hinc inde

moueret, & in omni deliberatione Aristidi obfisteret,
 eiusq; rationes turbaret; & ipse, tam sui defendendi
 gratia, tum minuenda illius potentia, qua cresceret po-
 puli benevolentia, Themistocli non nihil aduersari quo-
 dammodo cogebatur. Satius enim esse indicabat, negli-
 gere nonnulla, qua ex re populi essent, quam illum ali-
 quando omnia posse incipiatur. Deniq; cum Themis-
 tocles aliquid rectè gereret, & id ipse tum oppugnas-
 set, tum expugnasset, non continuit se, sed discedens ex
 concione, inquit: res Atheniensium salvas esse non
 posse, nisi & Themistoclem & se in barathrum conie-
 cissent. Denuo, cum quadam retulisset ad populum, &
 inter eos exorta fuisset contentio, ipsius sententia potior
 visa fuit: de qua cum præses concionis, quid populus sen-
 tiret, explorare vellet, ipse intelligens, quantum ex illa
 oratione incommodi oriturum esset, reliquit potius id
 plebiscitum. Saepè item & per alios suas sententias in-
 sinuabat, ne contentio, qua Themistocli cum ipso esset,
 obstaret publico commodo. Hac ille: tandem bello Per-
 fico, postulantibus rebus patriæ, auctore Aristide, assen-
 tiente Themistocle, omnes similitates deposuerunt:
 quod videlicet bonorum virorum erat, & bonorum ci-
 vium. Vlyssen facit prudentissimum poëta: is tamen

Pala-

Palamedem calumnia oppressit: veruna de *Vlysse* minus mirum. *Vafer* enim, *Gastatus*, *Gautus* rectius, quam prudens nominetur. Cum Gracia in bellum-Troianum coniurasset, ceteris ad expeditionem iam paratis, solus *Vlysses*, quod à Penelope sua ancilli non poterat, furorem simulauit, quod reprehendit: unus Palamedes. *Venerant* à regibus tegati in Ithacam visunt, ut hoc se haberet, ibi *Vlysses* quid fecerit, non uno modo exponitur. Sic enim, in Domo, Lucianus: *Vlyssem* egisse omnia, que furiosi solent, deniq; iunxisse currui animalia, que non ingarentur, quò magis furere videatur: hoc animaduertisse Palamedem, Nauplij filium, *Gcontrà* simulata ira, prchendisse una manu Telemachum, *Gmucronem* strinxisse in infantulum. Ibi igitur *Vlysses* oblitus simulationis, patris animum decgit, nec minus, qudm ante sapit. Alij referunt, praesentibus legatis, arasse *Vlyssem* non iugo boum, sed animalibus diuersis, nec aptis ingo: Palamedem, qua ille sulcus duceret, deposuisse humi Telemachum parvum: patrem declinato vomere, prodidisse simulationem. Non poterat igitur declinare militiam, iuratus, ut ceteri principes Gracia. Hanc iniuriam, ut ille indicabat, (nec enim erat, sed iudicium è repatria) ut cisis

cisci semper in animo habuerat: accedebat ad innotescendum odium innidia. Erat enim Palamedes apud omnes in summa admiratione ob sapientiam, nec minore ob innocentiam. Adversum talem virum, quia causam inuenire nullam potuit, conuerit se ad calumniam, qua illum capitum arcesseret. Aiebat enim (ut est in oratione Alcidemantis) sagittarium è Troiano agmine excursione facta, direxisse sagittam in Palamedem; ab eo tamen ultrò aberrasse: insuper in eundem siue prope iecisse hastam: illum hastam arreptam secum in castra abstulisse: se sagittam humo sublatam, per Eurybaten dono misisse Teucro: deprehensum postea, eius pennis inscriptam fuisse. Paridis epistolā, his panè verbis: si effectum reddat, ut conuenisset inter ipsum & Telephum, ipsi Cassandra uxorem datum iri: eam incuria Teueri perijisse, tamen se eius rei testes habere Sthenelum & Diomedem; praterea, cum ante signum in clypeo non gestaret, tandem in eopinxisse tridente, ea gratia, ut ipsi, ut amico, Troiani parcerent. Sed ex illa declamatione omnia hac transferre, nec animus est, nec cūmodum: lectu & ipsa digna: nec minus defensio Palamedis, que tribuitur Gorgia. De Socrate dicere plus quam superuacaneum puto. Quis enim ignorat, quanto odio,

odio, Anytus & Melitus in virum innocentissimum,
 de ciuib[us] optimè meritum flagrarent, & quomodo
 Aristophanem ad eum insectandum precio conduxer-
 int, ut animos ciuium turbaret, & sensus explorarent,
 ac deniq[ue] calumniis suis populo persuaserint, ut quem
 primis honorib[us] ab omnibus affici oportebat, ei supplicium
 capit[ur] irrogaret? Cuius impij iudicij Athenienses tan-
 topere postea p[ro]nituit, ut palastras & gymnasia clau-
 serint, ceteros Socratis accusatores in exilium egerint,
 Melitum capitis condemnarint, Socrati, ut præstan-
 ti & benè merito ciui, in Pompéo aenam statuam po-
 suerint: Heracleotæ autem Anytam, ad quos se contu-
 lerat, statim urbe expulerunt. Euripides deinde factum
 illud in Palamede exprobavit populo, unius innocentia-
 am aquans cum alterius: quod sapientissimum, mole-
 stias facientem nemini lusciniam, ipsamq[ue], adeo mu-
 sam necassent. Sic enim sententiam reddidi, cum vim
 versus tragœdi me asscuturum meis desperarem.
 Nec verò de Miltiade, auctore victoria Maratho-
 niae, obscurum, quando Athenienses in eum ingratiti
 existiterint, & ut eum suspectum sine causa habue-
 rent. Themistocles quoq[ue] secundus ille liberator Gra-
 cia, nec ipse tatus fuit à calunnia. Suppicio enim affe-

cisci semper strenuissimo /
tum odium innidit. Et
in summa admirati
innocentiam. Ad
invenire nullam po
illum capitulo re
tione Alcidem
excursione facta
eo tam en videra
recesse haftam.
abstulit et se fa
dono misse. I
inscriptam fu
et nunc dicit.
ipse Cassan
est pugnare
Et D
magis pugn
ut

em in dicendo solertiam. Quo enim
ersuadendum plus valet, eò accuratius
ndum est. Sanè alieno iudicio, immò
toris odio credere, nefas putandum: sed
quisitionem veritatis reseruet, ad calum-
niam inuidiam reijciat: cumq[ue] argumen-
tusque sententiæ in luce collocatit, tum
im, vel odio prosequatur, vel amore com-
atur, quem satis explorauerit. Idipsum ve-
nius facere, prima permotum calumnia,
a puerile, & abiectum, & iniustum, ve-
quam aliud? Sed horum omnium caussa
quam initio diximus, primum ignorantia:
ra, quod cuiusque mores quodam modo te-
ris obducti sunt. Quare si quis Deus vi-
nostræ rationes in aperta luce constituat;
n calumnia se in pedes conijciat, & demer-
et in barathrum, rebus iam à veritate videlicet
iustratis.

Multa de iis satisq[ue], dixit, ad quos se applicat calum-
nia: in iis finem facit, quos crudiri maxime refert.
id si enim ij non sint, vel sebi caueant, vix appare-
spiam calumniator, Et minus periclitetur inno-

Eo Pausania, proditionis reo, cum Themistoclis quædam epistola reperta fuissent; & ipse in suspicionem venit: ac primum in eum grauiter inuectebantur La- cedemonij, domi in iudicium vocabant absentem inue- di: quidquid ille vel designasset ante pro salute omnium, quidquid scriberet; misit populus, qui captum iudicio si- sterent: at ille sibi fuga consulebat.

Quid igitur quis sanæ mentis faciat, si alicuius virtus aut veritas in dubium vocetur? Nimirum quod fabula de Sirenibus Homerus rectè indi- cauit, vbi exitiosas talium narrationum volupta- tes præter nauigare iubet, & aures obturare, nec affectu occupatos, eas latè aperire, sed sedulò omnibus, quæ dicuntur, ianitrice constituta, ra- tione videlicet, quæ operæ pretium sit, admittere & acceptare: quæ prava sint, & nihili excludere & propellere. Etenim digna risu res sit, cum fori- bus ianitores constituamus, ad aures & mentem omnibus aditum dare. Quod si quis eius generis quædam adferat, tum verò quemque ipsum ne- gotium per se diligenter reputare oportet: ita ut neque ad loquentis ætatem respectum habe- at, neq; ad reliquam ipsius vitæ rationem: neque
ad

ad eiusdem in dicendo solertiam. Quo enim ille ad persuadendum plus valet, eò accuratius inquirendum est. Sanè alieno iudicio, immò accusatoris odio credere, nefas putandum: sed sibi inquisitionem veritatis reseruet, ad calumniatorem inuidiam reiijciat: cumq[ue] argumenta utriusque sententiæ in luce collocari, tumdemum, vel odio prosequatur, vel amore complectatur, quem satis explorauerit. Id ipsum verò prius facere, prima permotum calumnia, quam puerile, & abiectum, & iniustum, ut quidquam aliud? Sed horum omnium cauſa est, quam initio diximus, primum ignorantia; altera, quod cuiusque mores quodam modo tenebris obducti sunt. Quare si quis Deus vita nostræ rationes in aperta luce constituat, tum calumnia se in pedes coniijciat, & demergat in barathrum, rebus iam à veritate videlicet illustratis.

Multa de iis satisq[ue], dixit, ad quos se applicat calumnia: in iis finem facit, quos crudiri maxime refert. Quod si enim iij non sint, vel sibi caueant, vix apparcat usq[ue]iam calumniator, & minus periclitetur inno-

cens. Duo sunt praecepta: unum, ne admittatur: alterum, si irrepatur, ut quicunque sit, vel habetur, quicquid dixerit, in id ipsum omni diligentia inquiratur, nec ullum eius momentum inexploratum relinquatur, donec de rei veritate liquidò constet. Hoc forte nequaquam facile sit: sed et prius non parum difficultatis habet, vi-
tio nostro. Ita enim nos nequiter amamus, ut plerique
et falsa praeconia virtutum propriarum confictarum,
et aliorum contumelias, quamuis falsas, libenter au-
diamus: id est, adulatio[n]es et calumnias. Hic igitur
ad[m]en[di]candum, quod nos in ceteris noxiis voluptati-
bus facere poeta docet, ne se in animos nostros insinu-
ent. Eas enim depingit Sirenum carminibus, quas quia
nemo tuto audit; cera iubetur Ulysses obturare aures
sociorum: non secus legibus arcendum est vulgus a vo-
luptatibus corporis: immo exercendum perpetuis labo-
ribus: Ulysses ipse funibus ad malum adstrictus, eas
audit sine periculo: qui rationi in omnibus dicto au-
diens sit, is ab illo genere sibi temperet, aut eas cer-
to modo terminet. Hoc cum non nisi paucorum sit;
cum ad alias voluptates, que nobis malum creant, tum
ad hoc auditu suauissimum acroama, aures obturare
praestat. Qui non nibil sapit, statim a vestibulo exclu-
dat

dat calumniam: princeps eidem crucem minitetur: quin si propius accesserit, in scelere deprehensam, digno suppicio adficiat. Pœnam determinat Isocrates, Nicoclem ad regnum sapienter instituens: Audi, inquit, quid alii de aliis dicant, & da operam, ut cognoscas, non minus cuiusmodi & qui sint, qui de aliis aliquid retulerint, quam ij, de quibus ad te relatum sit. Isdem verò suppliciis calumniatores affice, quibus alteros, si criminum conuicti fuissent, afficeres. Quod si uni alterius pœna talionis irrogabitur, quiescat forte tertius. Non debet autem bac lex apud principes priuatim minus ponderis babere, quam valeat in publicis iudicis. Etiam tribunus ille militum apud Syracusanos, ut refert Thucydides, censebat, nec ferendas esse calumnias, nec audiendas viro bono: Nullius, inquit, sapientia est, neque aliquas inter se calumnias dicere, neque ab aliis acceptare. Non debet autem eas tantum refutare is, qui petitur, sed & alter, ad quem delata fuerint. Nam & ipse petitur. Tentatur enim eius virtus & prudentia. Ut enim reus, fortunarum vel famae, vel vita, sic ille censor existimationis periculum semper subit: quod viri boni longè grauissimum esse i-

L V C I A N I

dicant: interdum quoque ipsi credulitate & sinistro iudicio sibi suisque calamitates, interdum exitium creant. Alterum igitur praeceptum, quoniam fieri non potest, ut vel sapientissimus omnes calumniatores è conspectu abigat, aut ab auribus auerterat, (& enim sàpè sunt, quos non suspiceris, & prodeunt, unde non exspectes, & quo tempore, quonc loco, minime credas) ne utiquam negligendum est, & singulæ verborum pondera, quasi aurificis statera examinanda: iminò excutendum diligenter, quid quem monat aut mouere possit, quò eat aut properare videatur. Primum enim, si oratio fluctuat, ut fit plerumq; in mendaciis, calumnia est illa: si constare sibi videtur, & queritur aut honor loquenti aut commodum; ad ipsum cubile calumnia ventum est, nec latere tum amplius fere potest. Ipsa tamen inventio atque indagatio difficultis est, tum quod in nemine non quamvis acerrimi iudicij, multum ignorantie, in qua detergenda sedulò laborare quemq; oportet: tum quod in hominum animis tenebrae, quæ aciem nostram illuc penetrasse non finant, de quo & Tullius Quindum fratrem diligenter monuit eo, quem ad ipsam in provinciam misit, libro: Multis, inquit, simulationis inuolucris tegitur,

C A L V M N I A.

tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur
vniuerscuiusq; natura: frons, oculi, vultus, persæ-
pe mentiuntur, oratio verò sæpiissimè. Quid igi-
tur? Tanto magis unicuiq; vigilandum est, cùm lu-
elanibus aduersus calumniam, tūn omnibus ceteris:
neg, quicquam de illa diligentia remitten-
dum, quamdiu in huīus vita mor-
talis fluctibus pende-
mus.

F I N I S.

De leuiusculis erratis lector ignoscet operis: grauiora,
quæ inter relegendum animaduertimus,
sic corrigantur.

Pag.D 2.f.2.v.6.pro parat,paret. D.3.v.2.pro faudem,
fraudem. D 4.v.4. pro sit,fit. F 1.f.2.v.4. pro honorum,ho-
norem.F.2.f.2.v.21.lege voluptuaria abhorrentem.F.3.f.2.
v.vlt.pro tractet, tractat. G.1.f.2.v.ii. pro Dionysius, Dio-
nysijs. G.4.f.2.v.15. pro grauibus, genibus, I.1. v. vlt. pro
alit,alat.I.2.v.2.pro pareant,parcant. I.3.f.2.v.21.pro com-
paparet,comparet.